

## DUBIUM II.

## De Usu Matrimonii.

## ARTICULUS I.

AN USUS MATRIMONII, SIVE ACTUS CONJUGALIS, SIT LICITUS.

900. *Actus conjugalis illicitus est: I. Si matrimonium est nullum. II. Si matrimonium est dubium.* — 901. *Qu. 1. An liceat contrahere cum dubio de impedimento.* — 902. *Qu. 2. An, cum opinione probabili de insubsistentia impedimenti.* *Qu. 3. An, cum opinione probabili probabilitate facti.* — 903. *Qu. 4. An in dubio de valore matrimonii jam contracti liceat petere et reddere. Et signanter, an uxor, non certa de morte primi viri, teneatur reddere secundo.* — 904. *Dub. 1. An, contracto matrimonio bona fide, superveniente dubio, liceat petere post diligentiam.* — 905. *Dub. 2. Quid, si adsit opinio probabilis tantum pro nullitate matrimonii.* — 906. *Dub. 3. An, nuptiis initis cum dubia fide, dubitans post diligentiam possit petere.* — 907. *Dub. 4. An in dubio positivo judicandum sit in favorem matrimonii contracti.* — 908. *An conjux teneatur credere alteri, asserenti se fide consensisse. Quid, si audiat impedimentum a testibus fide non dignis. Quid, si audiat ab uno fide digno.* — 909. *III. Illicita est copula, si fiat cum periculo sanitatis.* *Dub. 1. An liceat petere, si alteruter conjugum laborat lepra, morbo gallico et simili.* — 910. *An liceat petere post balnea aut sectionem venae, vel cum febris, vel an statim post prandium.* — 911. *Dub. 2. An, tempore lactationis.* — 912. *IV. Si fiat ob voluptatem.* — 913. *V. Si fiat mente adultera. Quid, si conjux ad se excitandum delectetur de pulcritudine alterius personae.* — 914. *Quid, si delectetur de copula aliena.* — 915. *VI. Si fiat modo indebito.* — 916. *Qu. 1. An sit mortale inchoare copulam in vase praepostero.* — 917. *Qu. 2. An, coire situ innaturali.* — 918. *Qu. 3. An, cohibere seminationem post copulam inceptam.* — 919. *An autem uxor, viro se retrahente post seminationem, possit ipsa statim tactibus se excitare ad seminandum.* — 920. *VII. Si fiat in loco indebito (Remissive ad Lib. III, n. 458).* — 921. *VIII. Si fiat tempore indebito.* — 922. *Qu. 1. An liceat conjugi coire die communionis (Remiss. ad num. 273 et 274 in hoc Lib. VI.).* — 923. *Qu. 2. An, in diebus festis.* — 924. *Qu. 3. An, tempore praegnationis. An autem, secluso periculo abortus, sit venialis coitus cum praegnanter.* — 925. *Qu. 4. An liceat coire tempore menstrui.* — 926. *Qu. 5. An, tempore purgationis post partum.* — 927. *Licitus est autem usus matrimonii: 1. Propter prolem. 2. Ad vitandam incontinentiam (Vide dicta n. 882, Dub. 1.). 3. Propter alios fines honestos (Vide dicta n. 883, Dub. 2.).* — 928. *Qu. 1. An aliquando vir teneatur petere.* — 929. *Qu. 2. An aliquando uxor.* — 930. *Qu. 3. An conjux prohibitus petere ob votum vel affinitatem contractam, possit aliquando petere.* — 931. *Qu. 4. An liceat petere excommunicato, et an ab excommunicato.* — 932. *An et quando liceant tactus, aspectus et verba turpia inter conjuges.* — 933. *Qu. 1. An sint mortales inter ipsos tactus et aspectus turpes, secluso periculo pollutionis.* — 934. *Qu. 2. Quid, si periculum pollutionis jam praevideatur.* — 935. *Perpenduntur quidam tactus enormiter turpes.* — 936. *Qu. 3. An peccet graviter conjux turpiter seipsam tangens altero absente.* — 937. *Qu. 4. An, si morose delectetur de copula habita vel habenda.*

Usus matrimonii, per se licitus et honestus.

900. - « Resp. Per se est licitus et honestus. — Quod de fide; et patet ex « I. Cor. vii: Uxori vir debitum reddat. « Per accidens est ILICITUS in sequentibus casibus:

Illicitus, in matrimonio nullo.

« I<sup>o</sup>. Si matrimonium a parte rei sit « nullum: quod tamen si uterque ignorat, « non peccat nisi materialiter. — Si uterque vel alter id certo sciat, non potest, « quocumque etiam periculo proposito, « uti matrimonio. Unde, si non potest « sine periculo vitae aut famae detegere

« impedimentum, nec sperare dispensationem, debet vel ingredi religionem « (si necdum consummavit), vel fugere, « vel petere divortium (ob conjugis saevitiam, v. gr. vel adulterium, si tale « sit), vel certe omnia incommoda patienter sustinere. — Bonacina<sup>1</sup>.

« II<sup>o</sup>. Si matrimonium sit dubium. — « Et quidem, si alter tantum dubitet, is « non potest petere debitum; reddere tamen tenetur, cum alter habeat jus petendi. — Si uterque dubia fide contraxit

In matrimonio dubio.

<sup>1</sup> Qu. 4, punct. 4, n. 16, 17 et 18.

« vel dubitat de ejus valore, neutri petere « aut reddere licet ante veritatis indagationem. Vasquez, Sanchez, Diana, Bardi<sup>1</sup>. « Secus, post eam. Bonacina<sup>2</sup> ».

Necessitas tractandi hanc foedam materiam.

Piget me de hac materia, quae tantam prae se fert foeditatem, ut castas mentes ipso solo nomine perturbet, longiorem habere sermonem. Sed utinam non esset haec materia tam frequens in confessionibus excipiendis, ut non oporteret omnino confessarium plena tractatione, sed sufficeret compendio instructum esse! Ignoscat mihi propterea castus lector, si fuse de ea hic loquar, et ad casus particulares qui deformiorem exhibent turpitudinem, descendam. — Quod si cui mirum videatur, auctores caeteroqui prudentes ac pios de hac re fusius pertractasse, et minutas etiam variorum casuum circumstantias descripsisse, audiat clarissimum virum Ludovicum Bail, qui<sup>3</sup> ab hac censura doctissimi Thomae Sanchez egregium opus de Matrimonio vindicat, his verbis: *Licet quaedam de materia foedorum actuum tangat, turpior... est infernus; et si foedus est sermo, foedius est in peccato putrescere, ut Petrus Blesensis ajebat<sup>4</sup>. Ille auctor... aliquas spurcicias movet, sed ad aegrotantium curationem. Si Angeli essent homines, talibus non indigerent.*

Dubius de impedimento dirimente, ante diligentiam nequit contrahere.

901. - Queritur 1<sup>o</sup>. *An liceat matrimonium contrahere cum dubio de impedimento dirimente?*

*Antequam diligentia adhibeatur ad veritatem assequendam, certum est non licere.*

Vasq., in 1<sup>am</sup> 2<sup>ae</sup>, disp. 66, cap. 6, n. 31 et 32. — Sanch., lib. 2, disp. 41, n. 46, 47 et 55; et disp. 42, n. 2 et 7. — Diana, part. 4, tr. 3, resol. 15. — <sup>1</sup> De Consc., discept. 6, cap. 11, part. 7, § 2 et 3. — <sup>2</sup> Qu. 4, punct. 4, num. 5 et 6; cfr. n. 10 et 11. — <sup>3</sup> Sum. Concilior., tom. 2, fol. 812 (edit. Paris. 1675). — <sup>4</sup> Lib. de Confess. sacram.; cfr. Migne, Patrol. lat., tom. 207, col. 1083. — <sup>5</sup> Lib. 8, disp. 6, n. 18. — <sup>6</sup> Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 9, n. 4. — <sup>7</sup> In propos. 1, diss. 2,

*Post vero diligentiam adhibitam, communiter docent doctores posse contrahi matrimonium cum opinione probabili probabilitate juris de carentia impedimenti: modo opinio illa sit universe vel certe ab auctoribus recepta ut probabilis. Ita Sanchez<sup>5</sup>, Palaus<sup>6</sup>, Cardenas<sup>7</sup>, Viva<sup>8</sup>, Strarez<sup>9</sup>, Croix<sup>9</sup>, Bossius<sup>10</sup>, Mazzotta<sup>10</sup>, et Holzmann<sup>11</sup> cum communi; hancque sententiam vocant tutam et moraliter certam Cardenas<sup>12</sup>, Holzmann<sup>13</sup>, Viva<sup>14</sup> et Croix<sup>14</sup> cum aliis. — Nec obstat dicere quod cum opinione probabili non liceat sponsis administrare sacramentum matrimonii. Nam respondetur quod eo casu non ministratur sacramentum cum sola opinione probabili, sed cum morali certitudine. Quando enim adest opinio probabilis de jure quod non subsit impedimentum, tunc Ecclesia ex antiquissima consuetudine praesumitur contractum matrimonii approbare, et omne removere impedimentum; ut communiter dicunt praefati auctores cum aliis, et fuse probat Cardenas<sup>15</sup> pluribus decisionibus Rotae Romanae, ac quadam declaratione Urbani VIII.*

Post diligentiam, in probabilitate juris certa potest.

Advertendum tamen 1<sup>o</sup>. Quod si dubium vertat circa mortem prioris conjugis, tunc, sive sit negativum sive positivum, non licet matrimonium contrahere (quidquid dicat Bossius<sup>16</sup>, et Vidal<sup>c</sup>) ad Wigandt).

Nisi sit dubium de morte prioris conjugis.

Quia, cum possideat prius conjugium, non potest secundum iniri cum praedictio prioris, nisi constet (saltem moraliter) de morte prioris conjugis<sup>d</sup>; ut

n. 529 et seqq., n. 611 et seqq. — <sup>8</sup> In propos. 1 Innoc. XI, n. 29. — <sup>9</sup> Lib. 6, part. 1, n. 117 et 118; et part. 3, n. 527 et 528. — <sup>10</sup> Tr. 5, disp. 1, qu. 2, cap. 3, v. *Fit secundo.* — <sup>11</sup> De Matr., n. 491. — <sup>12</sup> Loc. cit., n. 531. — <sup>13</sup> Loc. cit., n. 491 et 492. — <sup>14</sup> Lib. 6, part. 1, n. 117. — <sup>15</sup> Loc. cit., n. 542 et seqq. — *Rota Romana*, in una *Tullen. et Neapolit.*, ap. Diana in fine partis 10 et part. 11. — <sup>16</sup> De Effect. Matr., cap. 2, n. 41. — *Wigandt*, tr. 16, exam. 4, post n. 52, cas.

901. - <sup>a</sup> Suarez, de Poenit., disp. 26, sect. 6, v. *Primus ergo*, id habet de jurisdictione probabili in sacramento Poenitentiae; Bossius autem, *Moral. var., part. 1, tit. 1, n. 384 et seqq.*, idem tenet de opinione probabili « circa ea ex quibus sacramentorum valor pendet solum ex institutione seu lege Ecclesiae ».

<sup>b</sup> Viva, loc. cit., n. 29, plane innuit esse tutam et moraliter certam, scribens: « Con-

suetudo et praxis Ecclesiae fert quod matrimonium sic contractum censeatur validum »; et deinde rursus affert Ecclesiae praxim, « quae semper hujusmodi matrimonia declaravit valida ».

<sup>c</sup> Seu rectius: editor qui operi Wigandt casus passim subjecit. Vidal enim eidem operi addiderat solum tract. de propositionibus damnatis et de bulla Cruciatæ.

<sup>d</sup> Media et methodum quibus acquiri pos-

expressum habetur in cap. *Dominus, de secund. nupt.*

Advertendum 2<sup>o</sup> cum Palao<sup>1</sup>, quod si constet de impedimento, et non constet de ipsius dispensatione; tunc non potest matrimonium contrahi, neque post contractum peti debitum: tunc enim pariter possidet impedimentum. — Secus vero, si constet de dispensatione, et dubitetur de ejus valore; quia tunc possessio stat pro valore dispensationis. — Hoc tamen valet, si impedimentum sit de jure ecclesiastico. Sed

902. - Quaeritur 2<sup>o</sup>. *An, stante impedimento probabili de jure naturali, liceat contrahere matrimonium cum opinione pariter probabili de insubsistentia impedimenti?*

Respondeo: Per se loquendo non licet. Quia illicitum est ministrare sacramentum matrimonii cum opinione tantum probabili de illius valore (ut patet ex prop. 1. damnata ab Innocentio XI), quando contra adsit etiam probabilitas impedimenti, etiam de jure naturali: nempe, si dubium vertat de solutione prioris matrimonii. Tunc enim Ecclesia nequit dispensare; ut potest et praesumitur jam dispensare cum adest dubium positivum (ut diximus) de impedimento juris tantum ecclesiastici.

Dixi: *per se loquendo*. Nam urgente gravissima causa poterit matrimonium contrahi, modo accedat declaratio Summi Pontificis tamquam unici interpretis legis divinae. — Et sic refert Cardenas<sup>2</sup> olim declarasse Urbanum VIII. Delato enim ad ipsum dubio per Joannem de Lugo, postmodum cardinalem, an matrimonia quorundam infidelium Idorum in regno Paraquariae in infidelitate contracta es-

<sup>1</sup> Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 9, n. 4. — <sup>2</sup> In propos. 1, diss. 2, n. 553. — <sup>3</sup> Decal., lib. 1, cap. 3, § 3, n. 27, v. *Quinto*. — <sup>4</sup> Lib. 6, part. 1, n. 118, i. f. — <sup>5</sup> In propos. 1, diss. 2, n. 524 et 629. — <sup>6</sup> In propos. 1 Innoc. XI, n. 29. — <sup>7</sup> Loc.

sit haec moralis certitudo exponit Instruct. S. O. anni 1868, quae habetur in Collectan. S. C. de Prop. Fide, n. 1321 (Edit. Rom. 1907).

902. - <sup>a)</sup> Bonacina, *de Matrim., qu. 2, punct. 8, n. 29*, loquitur de parcho assistente, et dicit valide assistere, si adsit opinio probabilis quod sit vere parochus, seu ubi est titulus coloratus cum errore communi.

sent valida; et an ipsi post Baptismum tenerentur accipere primam uxorem ex pluribus quas habuerant, vel an possent eligere quam malebant? Pontifex, indicto consulto, dixit quod ubi doctorum sententiae utrinque probabiles intercederent, sequerentur opiniones pro conditione locorum ac hominum Barbaris favorabiliores. Vide dicta n. 897, v. *Prob. 1*.

Quaeritur 3<sup>o</sup>. *An liceat matrimonium contrahere cum opinione probabili, non solum juris, id est ex doctorum auctoritate, sed etiam facti, nempe cum ex utraque parte adest facti probabilitas pro existentia et pro carentia impedimenti?*

Affirmant Tamburinius<sup>3</sup>, ac Bonacina<sup>4</sup> et alii apud Croix<sup>4</sup>.

Sed recte negant Cardenas<sup>5</sup>, Viva<sup>6</sup>; et Croix<sup>7</sup> cum Gormaz et Aversa<sup>b)</sup>. Ratio, quia, licet Ecclesia praesumatur supplere sive dispensare in impedimento, quando adest probabilitas orta ex jure (ut mox supra diximus); attamen hoc non procedit quando habetur probabilitas tantum orta ex facto, quae non fundat nisi semiplenam probationem, ut explicat Cardenas<sup>8</sup>. — Quo supposito, non licet in matrimonio contrahendo uti prima sententia. Nam quamvis probabilis esset prima opinio, quod cum sola probabilitate facti pro carentia impedimenti praesumatur Ecclesia etiam dispensare: tamen, cum haec opinio non sit communiter aut certe recepta tamquam probabilis — prout quidem esse debet, ad praesumendum quod Ecclesia suppleat, ut recte dicunt Cardenas<sup>9</sup>; et Croix<sup>10</sup> cum Aversa<sup>b)</sup> et Gormaz<sup>c)</sup>, — et cum agatur de valore sacramenti, non possumus opinionem illam tuto sequi.

Dicunt autem Sanchez<sup>d)</sup>, Cardenas<sup>11</sup>,

cit., n. 118. - *Gorm.*, de Sacram. in gen., disp. 5, n. 320 et 335. — <sup>8</sup> Loc. cit., num. 629. — <sup>9</sup> Loc. cit., num. 624. — <sup>10</sup> Lib. 6, part. 1, num. 117. — <sup>11</sup> Loc. cit., num. 525 et 527.

<sup>b)</sup> Aversa, *de Poenit., qu. 16, sect. 5, v. Tum demum*, ad hoc ut Ecclesia suppleat in Poenitentia requirit, « opinionem communiter existimari probabilem, et non solum privato aliquo sensu aut errore ».

<sup>c)</sup> Gormaz, *loc. cit.*, satis esse ait « probabilitatem juris ».

<sup>d)</sup> Sanchez, *lib. 8, disp. 6, n. 18*, postquam

Viva<sup>1</sup>; et Tamburinius<sup>2</sup> cum Merolla<sup>d)</sup> (idque probabile putat Croix<sup>3</sup> cum Sporer<sup>e)</sup>, Gobat, Krimer, etc.), quod in quaestione facti, si adsint utrinque conjecturae, istae non constituunt nisi merum dubium negativum; et ideo, si dubium de impedimento non possit vinci, licite contrahitur matrimonium, quia tunc standum est pro libertate. — Sed huic opinioni contradicunt Palao<sup>4</sup>, Lessius<sup>5</sup>, Contin. Tournely<sup>6</sup>, Roncaglia<sup>7</sup>; Renzi<sup>8</sup> cum Vidal; et Laymann<sup>f)</sup> cum Henriquez<sup>f)</sup> et Veracruz<sup>f)</sup>; meritoque non approbant rationem ab adversariis adductam. Quamvis enim in aliis contractibus, non obstante dubio negativo de inhonestate contractus, licitum sit illum inire, si dubium vinci non possit, quia tunc standum est pro libertate; matrimonium tamen, quia non solum habet rationem contractus, sed etiam sacramenti, non potest contrahi cum materia dubia: sicut et in aliis sacramentis non licet uti materia dubia extra casum necessitatis, ne sacramentum exponatur periculo frustrationis, juxta prop. 1. damnata ab Innocentio XI.

Tantum igitur prima sententia posset

<sup>1</sup> In prop. 1 Innoc. XI, n. 31, v. f. — <sup>2</sup> Decal., lib. 1, cap. 3, § 7, v. *Matrimonium*, n. 1; cfr. *ibid.*, § 3, n. 27. — <sup>3</sup> Lib. 6, part. 3, n. 538. - *Gobat*, tr. 9, n. 62. - *Krimer*, in 4 Decretal., qu. ult., append., n. 2436. — <sup>4</sup> Tr. 1, disp. 3, punct. 8, n. 10. — <sup>5</sup> Auctar., v. *Matrimonium*, cas. 10. — <sup>6</sup> De Dispensat., part. 1, cap. 17, art. 3, reg. 3, ad 1. — <sup>7</sup> Tr. 21,

negavit dispensatione opus esse, si res sit omnino dubia, addit: « Quod si nec sit opinio nec mere dubium, sed magis propendeatur in eam partem ut sit impedimentum, nullo tamen assensu illius partis habito, nec existente aliqua juris praesumptione pro impedimento, tunc adhuc censendum est non esse impedimentum ». — Idemque dicit Merolla, *disp. 3, cap. 3, n. 134*. — Notandum praeterea est quod auctores citati tum pro prima tum pro secunda sententia, non asserunt conjecturas ex utraque parte efficere merum dubium negativum; sed loquuntur in generali de casu quo datur dubium invincibile de impedimento. Solus Cardenas scribit: « Quando in quaestione facti, ex conjecturis utrinque probabilibus resultat purum dubium, ... omnino invincibile, non obstat impedimentum contrahendo matrimonium ».

<sup>e)</sup> Sporer, quidquid dicat Croix, id non habet.

<sup>f)</sup> Henriquez, *lib. 11, cap. 15, n. 13*, loquitur de debiti redditione post matrimonium

dici probabilis, si probabilis esset opinio eorum quos retulimus *Lib. I, n. 51, v. Secunda*, dicentium praefatam propositionem fuisse proscriptam, non ratione periculi frustrationis sacramenti, sed ratione caritatis erga suscipientem, ne privetur fructu sacramenti, si forte opinio de ejus valore non sit vera. — Et eo casu, advertit Croix<sup>9</sup> cum aliis, partem dubitantem teneri ad monendam alteram de tali dubio, ne haec exponatur periculo gravium incommodorum.

Quod si vero (addunt Sanchez et Cardenas<sup>10</sup>) in tali dubio praesumptio urgeret pro impedimento, et nulla esset praesumptio pro illius carentia, v. gr. si vir coerit, et postea dubitet an seminarit, vel an intra vas aut extra; tunc praesumptio orta ex communiter contingentibus est pro impedimento, et impediendum est matrimonium. — Secus autem, si adsit praesumptio in contrarium, nempe si vir seminaverit prope vas; tunc enim (ut ait Sanchez<sup>11</sup>) procul dubio nuptiae contrahi possunt.

Caeterum probabiliter dicunt Emmanuel<sup>12</sup>, Merbesius<sup>13</sup> et Contin. Tournely<sup>14</sup> cum Pichler<sup>g)</sup>; ac probabile putat

qu. 3, cap. 1, qu. 5. — <sup>8</sup> De Consc., cap. 4, sect. 4, qu. 4. - *Vidal*, Arca salutar., tit. de Dubiis, inquisit. 10, n. 1, 8 et 9. — <sup>9</sup> Lib. 6, part. 3, n. 538, i. f. — *Sanch.*, lib. 8, disp. 6, n. 18. — <sup>10</sup> In prop. 1, diss. 2, n. 528. — <sup>11</sup> Loc. cit. — <sup>12</sup> V. *Dispensatio*, n. 1. — <sup>13</sup> De Matr., qu. 89, quaestiu. 8, v. *Quartus*. — <sup>14</sup> De Dispensat., part. 1, cap. 7, art. 3, reg. 3, ad 1.

mala vel dubia fide contractum. Attamen, *n. 14*, dicit: « Lite pendente de viribus primi matrimonii, vel de impedimento opposito, non licet contrahere cum alia matrimonium ». — Veracruz autem, *part. 3, art. 13, i. f.*, dicit eum qui dubitat de valore prioris matrimonii posse ratione dubii novum contrahere. — At Laymann, *lib. 1, tr. 1, cap. 5, n. 23*, eos auctores citat pro opinione quae dicit: Si dubium de matrimonii valore ob latentis impedimenti suspicionem antecedit, omnino ab eo contrahendo abstinendum esse.

<sup>g)</sup> Pichler a Continuatore Tournely non citatur pro hac sententia; et sane *lib. 4, tit. 16, n. 32, v. Dixi 5*, dicit episcopum non posse dispensare in impedimentis dubiis, sed solum declarare non adesse impedimentum, « vel si ita cum Laym., Sanch., ... loqui placet, dispensare pro interim ad cautelam et declinandum scandalum vel scrupulos: quae tamen dispensatio non facit quo minus, si postea deprehenditur impedimentum certum, illa de novo peti debeat a Pontifice ».

Nisi adsit praesumptio contra impedimentum.

Episcopus potest dispensare in impedimentis dubiis.

Certus de impedimento, incertus de dispensatione, nequit contrahere.

Dubius de valore dispensationis potest.

In probabilitate impedimenti juris naturalis, per se illicitum contrahere.

Quandoque licitum, accedente declaratione pontificia.

Diana <sup>h)</sup> - contra Sanchez <sup>1</sup>, quamvis <sup>2</sup> videtur se retractasse -, quod in impedimentis dubiis bene potest episcopus dispensare.

Et idem dicunt communissime doctores, generice loquendo de omnibus casibus sive impedimentis Pontifici reservatis, quando dubitatur an indigeant dispensatione; ut Palaus <sup>3</sup>, Cabassutius <sup>4</sup>, Barbosa <sup>5</sup>, Roncaglia <sup>6</sup>, Holzmann <sup>7</sup>, Elbel <sup>8</sup> et Salmant. <sup>9</sup>, ac probabile putat Bonacina <sup>i)</sup>. - Ratio, quia ex una parte, licet dispensatio huiusmodi impedimentorum sit Papae reservata; tamen, cum reservatio sit odiosa, stricte est interpretanda, et restringenda tantum ad casus certos (prout diximus in simili, n. 600, v. *Sed pariter*). Ex alia parte, sat probabiliter potest episcopus dispensare in tali dubio: tum ex cap. *Nuper 29, de sent. excom.*, ubi: *Quia tamen conditor canonis ejus absolutionem sibi specialiter non retinuit, eo ipso concessisse videtur facultatem aliis relaxandi*. Ibi sic addit Glossa: *Et est hic argumentum, episcopos posse dispensare ubi specialiter dispensatio non est inhibita...; et concessum videtur quod non est prohibitum*. (Vide dicta *Lib. I, n. 191*, v. *Prima i)*; et infra, hoc *Lib. VI, num. 980*, v. *Sed dubit. I.*). Et hoc approbant etiam Sporer <sup>10</sup>, Elbel <sup>11</sup> et Roncaglia <sup>h)</sup>. Tum quia, cum in casibus qui frequenter occurrunt, possit inferior dispensare in lege superioris (ut diximus cum communi, *Lib. I, n. 190*); bene poterit episcopus in impedimentis dubiis dispensare, eo quod in iis frequenter contingit dubitare de indigentia dispensationis.

903. - Quaeritur 4<sup>o</sup>. *An, matrimonio jam inito, liceat contrahentibus petere aut reddere in dubio de ejus valore?*

<sup>1</sup> Loc. cit. - <sup>2</sup> Decal., lib. 4, cap. 40, n. 26. - <sup>3</sup> Tr. 3, disp. 6, punct. 5, n. 10. - <sup>4</sup> Theor. et prax. juris, lib. 1, cap. 8, n. 15. - <sup>5</sup> De Offic. et Pot. episc., alleg. 35, n. 19. - <sup>6</sup> Tr. 3, de Legib., qu. 5, cap. 1, qu. 4, resp. 2, v. *Sexto*. - <sup>7</sup> De Lege, n. 492, sub 3. - <sup>8</sup> De Legib., n. 442, sub 5. -

<sup>h)</sup> Diana, *part. 4, tr. 3, resol. 17*, alios refert qui dicunt esse probabile.

<sup>i)</sup> Seu rectius: Bonacina, *disp. 1, de Legib., qu. 2, punct. 1, n. 18*, alios quosdam affert, qui id probabile putant.

<sup>j)</sup> Sed *loc. cit.*, nota sedulo ea quae S. Alphonsus, v. *Hanc primam*, contra eam sententiam congerit, confutando rationes quibus fulcitur.

Certum est quod durante dubio (sive dubium antecesserit matrimonium, sive ei supervenerit), conjux dubitans, ante diligentiam adhibendam ad dubium vincendum non potest petere; sed potest et tenetur reddere alteri petenti in bona fide. - Id patet ex cap. *Dominus 2, de secundis nuptiis*, ubi dicitur: *Sane super matrimoniis quae quidam ex vobis (non dum habita obeuntis conjugis certitudine) contraxerunt, id vobis respondemus, ut nullus amodo ad secundas nuptias migrare praesumat, donec ei constet quod ab hac vita migraverit conjux ejus. Si vero aliquis... id hactenus non servavit, et de morte prioris conjugis adhuc sibi existimat dubitandum, ei quae sibi nupsit, debitum non deneget postulanti, quod a se tamen noverit nullatenus exigendum*. - Et hujus ratio patens est: quia in dubio nemo privandus est suo jure certo quod bona fide possidet; ut communiter docent doctores cum Sanchez <sup>12</sup>, Salmant. <sup>13</sup>, Concina <sup>14</sup> et alii passim.

Idem ait Pontius <sup>15</sup>: sed hic diversam assignat rationem, dicens ideo teneri dubitantem reddere debitum petenti, quia de duobus malis minus est eligendum; juxta can. *Duo mala, dist. 13*. Minus autem malum est in dubio reddere quam non reddere; quia non reddendo est periculum injustitiae: reddendo vero, tantum fornicationis, quae est minus malum quam injustitia. - Sed haec ratio non subsistit. Nam si possessio secundi viri non praeberet ipsi jus petendi, non evitaretur majus malum injustitiae, quam Pontius supponit; dum adhuc mulier illa se committeret periculo injustitiae, nempe irrogandi injuriam primo viro, si forte vivat. Unde

<sup>12</sup> Tr. 11, de Legib., cap. 5, n. 45. - *Glossa*, ad v. *Non retinuit*. - <sup>13</sup> Part. 4, cap. 4, n. 722; cfr. *Suppl. Decal.*, cap. 1, n. 353. - <sup>14</sup> De Matr., n. 474. - <sup>15</sup> De Matr., lib. 2, disp. 41, n. 12. - <sup>16</sup> Tr. 9, cap. 15, n. 48. - <sup>17</sup> Diss. 4, cap. 6, § 3, n. 5. - <sup>18</sup> Lib. 10, cap. 15, n. 8.

<sup>h)</sup> Roncaglia, *tr. 11, de 5 Praec., cap. 2, qu. 5*, non videtur apte citari. Ibi enim tractat de poenis latis contra procurantes abortum, et scribit: « Est qui doceat posse episcopum dispensare in poena privationis beneficiorum et inhabilitatis ad illa: verum non satis tuto tutam hanc doctrinam, cum de sua natura inferior non possit dispensare in lege superioris ».

Dubius de valore matrimonii, ante diligentiam nequit petere.

Tenetur reddere petenti in bona fide.

necessario recurrendum ad primam rationem, nempe ad jus certum possessionis quod habet secundus vir, quodque praeferri debet juri incerto primi viri, cum de ejus morte dubitetur <sup>a)</sup>.

Semper igitur ac mulier non est certa de vita primi viri, tenetur reddere secundo viro petenti. Et hoc, etiamsi adsit opinio probabilis pro invaliditate secundi matrimonii, et nulla pro valore <sup>b)</sup>; quia secundus vir non potest exspoliari suo jure certo, nisi habeatur certitudo de vita primi viri: ut recte docent S. Antoninus <sup>1</sup>; Croix <sup>2</sup> cum Cardenas, Merolla <sup>c)</sup> et Bresser <sup>3</sup>; ac Sanchez <sup>4</sup> cum Soto, Navarro, Paludano, Silvestro, Angelo, Ledesma, Conrado, Henriquez, Manuele, etc. - Idque clare probatur ex cap. *Inquisitioni, de sent. excomm.*, ubi sic habetur: *Inquisitioni tuae respondentes, credimus distinguendum: utrum alter conjugum pro certo sciat impedimentum conjugii...; an non sciat pro certo, sed credat. In primo casu debet potius excommunicationis sententiam humiliter sustinere, quam per carnale commercium peccatum operari mortale. In secundo distinguimus, utrum habeat conscientiam huiusmodi ex credulitate levi et temeraria, an probabilis et discreta. Et quidem ad sui pastoris consilium (conscientia levis et temerariae credulitatis explosa) licite potest non so-*

<sup>1</sup> Part. 3, tit. 1, cap. 3, § 2. - <sup>2</sup> Lib. 6, part. 3, n. 300. - *Card.*, Cris., disp. 19, n. 113. - *Bresser*, de Consc., lib. 4, cap. 12, n. 110, 115 et 117. - <sup>3</sup> Lib. 2, disp. 44, n. 3. - *Sotus*, de Just., lib. 4, qu. 5, art. 4, v. *Post haec autem*. - *Navar.*, Man., cap. 22, n. 54 et 82. - *Palud.*, in 4, dist. 36, qu. 2, art. 3 (n. 16). - *Silvest.*, v. *Matrimonium VIII*, qu. 13, v. *Secundum*; et qu. 3, v. *Quintum*. - *Angel.*, v. *Matrimonium III*, imped. 4, n. 8. - *Petr. Ledesma*,

903. - <sup>a)</sup> Et ipse Pontius etiam utitur hoc argumento quod petitur a possessione.

<sup>b)</sup> Non omnes auctores citati ponunt casum verbis adeo disertis; sed aliqui rem tantum innuunt; aliqui vero, ut Sanchez, dicunt reddendum esse debitum, « non obstante ea opinione nullitatis matrimonii, donec ita certus sit, ut parum dubii remaneat ». - Ledesma dicit reddendum esse debitum in casu quo verisimilius est nullum esse matrimonium; « quod intelligitur, subdit, si maneat intra limites dubii moraliter loquendo; nam si nulla sit verosimilitudo moralis quod matrimonium est validum, nec potest reddere nec petere debitum ». - Henriquez denique reddendum

lum reddere, sed exigere debitum conjugale. Verum, cum conscientia pulsatur animi ex credulitate probabilis et discreta, quamvis non evidenti et manifesta, debitum quidem reddere potest, sed postulare non debet, ne in alterutro vel contra legem conjugii, vel contra iudicium conscientiae, committat offensam. Nota illud certo sciat: ergo, si certo non scit, tenetur reddere. - Confirmatur ex can. *Si virgo, caus. 34, qu. 2*. Ibi: *Si virgo nesciens viro nupsit alieno, hoc si semper nesciat, nunquam ex hoc erit adultera; si autem sciat (nota), jam ex hoc esse incipiet*. Ubi recte notat Sanchez <sup>4</sup> cum Silvestro, *to sciat sumi pro certitudine*. - Item docet D. Thomas <sup>5</sup>. Ibi: *Aut habet certam scientiam de impedimento matrimonii, aut opinionem...; si primo modo, nec exigere nec reddere debitum debet; si secundo, debet reddere, sed non exigere*. Item docet S. Bonaventura <sup>6</sup>: *Si... certificatur de vita primi viri, nec petere debet nec reddere*.

904. - Sed dubitatur 1<sup>o</sup>. *An, contracto matrimonio in bona fide, si dubium superveniat, et adhibita diligentia illud vinci non possit, liceat dubitanti non solum reddere, sed etiam petere*.

Prima sententia negat: et hanc tenent Navarrus <sup>7</sup>, Concina <sup>8</sup>; item Petrus Soto <sup>a)</sup>, Medina <sup>a)</sup>, Silvester <sup>a)</sup> et Conradus <sup>a)</sup>, apud Sanchez <sup>a)</sup>. Et hujus sententiae videtur

qu. 45, art. 1, dub. 2, v. *Ad 3* (1<sup>a</sup> sent.). - *Conrad. Summenhart*, de Contract., qu. ult., concl. 3, post princ. - *Henric.*, lib. 12, cap. 6, n. 7. - *Man. Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 241, n. 4 et 7. - <sup>4</sup> Lib. 2, disp. 44, n. 3. - *Silvest.*, v. *Praescriptio I*, qu. 3, v. *Tertium*. - <sup>5</sup> In 4, dist. 41, qu. unic., art. 5, solut. 1, ad 8. - <sup>6</sup> In 4, dist. 38, dub. 11. - <sup>7</sup> Man., cap. 22, n. 54 (cfr. edit. Venet. 1573, ibid., n. 81). - <sup>8</sup> Diss. 4, cap. 6, § 3, n. 2 et seqq.

esse ait « quamdiu certus non est per assensum opinativum probabiliorum ».

<sup>c)</sup> Merolla, *disp. 3, cap. 3, coroll. 12, a n. 144*, quamvis hic revera a Croix citetur, dicit tantum in dubio reddendum esse debitum.

904. - <sup>a)</sup> Sanchez, *loc. cit.*, *disp. 41, n. 45*, auctores istos citat pro sententia quae negat posse peti debitum in dubio de validitate matrimonii, nulla facta mentione de adhibita necne diligentia. Et ita revera loquuntur Petr. Soto, *lect. 9, de Matr., i. f.*; Barthol. Medina, *in Jam Dae, qu. 19, art. 6, concl. 4*, v. *Rursus patet*; Silvester, v. *Matrimonium VIII, qu. 13, v. Secundum*; Conradus

In dubio supervenienti matrimonio bona fide contracto:

Juxta alios, nec post diligentiam licet petere.

certo etiam esse D. Thomas<sup>1</sup>, dicens: *Si... oriatu dubitatio aliqua de vita prioris viri, ex aliqua causa quae etiam certitudinem facere possit: non debet nec reddere nec exigere debitum. Si autem causa illa facit probabilem dubitationem, debet reddere, sed non exigere.* Idem sentit S. Bonaventura<sup>2</sup>, dicens: *Si... probabiliter dubitat, debitum debet reddere, sed non exigere.* — Id probant ex dicto cap. *Inquisitioni*, mox supra allato; ibi: *Verum, cum conscientia pulsat animum ex credulitate probabili et discreta, quamvis non evidenti et manifesta, debitum quidem reddere potest, sed postulare non debet.*

Secunda vero sententia, longe communior et probabilior, affirmat. Et hanc tenent Sotus<sup>3</sup>, Lugo<sup>4</sup>, Palaus<sup>5</sup>, Laymann<sup>6</sup>, Wigandt<sup>b)</sup>, Coninck<sup>7</sup>, Holzmann<sup>8</sup>, Roncaglia<sup>9</sup>, Filliuccius<sup>10</sup>, Habert<sup>11</sup>; Diana<sup>12</sup> cum Valentia<sup>c)</sup> et Villalobos; Salmant.<sup>13</sup> cum Reginaldo et Henricus; Bonacina<sup>14</sup> cum Rodriguez; Croix<sup>15</sup> cum Suarez, Lessio<sup>d)</sup> et Bossio; ac Sanchez<sup>16</sup> cum Ledesma, Lopez, Bañez, Veracruz: et probabilem tenent ibid.<sup>17</sup> Canus, Victoria et Manuel. — Ratio, quia qui matrimonium bona fide contraxit non est privandus suo jure quod possidet petendi, donec

constet de impedimento. — Licet enim, superveniente dubio, suspendatur jus possessionis usquedum veritas inquiratur; dubio tamen remanente post diligentiam, cum ignorantia sit tunc invincibilis, manet possessio pro valore matrimonii, et consequenter pro illius usu: possessor enim bonae fidei, sicut post diligentiam potest rem retinere, sic etiam potest illa uti. — Haecque ratio bene confirmatur ex cap. *Laudabilem, de frigid. et malefic.*, ubi, in dubio de valore matrimonii propter dubietatem impotentiae conjugum ad copulam, conceditur eis spatium triennii ad debitum petendum. In tantum igitur conceditur eis licentia petendi in tali dubio, in quantum conjuges bona fide contraxerunt; et ideo possident jus petendi, donec per experimentum triennii fiat certum impedimentum impotentiae.

Ad textum autem citatum in cap. *Inquisitioni*, praefati auctores multipliciter respondent. — Lugo<sup>18</sup> dicit quod Pontifex ibi loquitur de casu quo conjux habeat probabilitatem tantum de invaliditate matrimonii, et nullam pro valore. — Alii vero communius et rectius, ut Sotus<sup>19</sup>, Sanchez<sup>20</sup>, et Palaus<sup>21</sup> cum Coninck, respondent quod textus intelligitur vetare

Satisfit textui opposito.

n. 5. — <sup>18</sup> Lib. 6, part. 3, n. 302. — *Suar.*, de Relig., tr. 6, lib. 4, cap. 5, n. 16. — *Boss.*, Moral., tit. 1, n. 1943. — <sup>19</sup> Lib. 2, disp. 41, n. 46 et 47. — *Martin. Ledesma.*, 2<sup>a</sup> 4<sup>a</sup>, qu. 18, art. 1, dub. 14, v. f. — *Ludov. Lopez*, Instruct. nov., part. 2, de Matrim., cap. 39, v. *Sed perplexior*, et v. *Ex praedictis sequuntur*. — *Bañez*, in 2<sup>a</sup> 2<sup>a</sup>, qu. 62, art. 6, dub. 5, concl. 4. — *Veracruz*, part. 1, art. 42, concl. 3; part. 3, art. 18, concl. 5. — <sup>20</sup> *Sanchez*, loc. cit., n. 46. — *Man. Rodrig.*, loc. cit., n. 5, i. f. — <sup>21</sup> De Just. et Jure, disp. 17, n. 88. — <sup>22</sup> De Just. et Jure, lib. 4, qu. 5, art. 4, i. f. — <sup>23</sup> Lib. 2, disp. 41, n. 53. — <sup>24</sup> Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 9, n. 6. — *Coninck*, disp. 34, n. 106.

<sup>1</sup> In 4, dist. 38, in Expos. textus, ad 3. — <sup>2</sup> In 4, dist. 38, dub. 11. — <sup>3</sup> De Just. et Jure, lib. 4, qu. 5, art. 4, i. f. — <sup>4</sup> De Just. et Jure, disp. 17, num. 86 et 87. — <sup>5</sup> Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 9, num. 6. — <sup>6</sup> Lib. 1, tr. 1, cap. 5, num. 24. — <sup>7</sup> Disp. 34, dub. 10, num. 105. — <sup>8</sup> De Matr., n. 466. — <sup>9</sup> Tr. 21, qu. ult., cap. un., qu. 6, resp. 2. — <sup>10</sup> Tr. 10, part. 1, cap. 9, n. 348 et 344. — <sup>11</sup> De Matr., cap. 9, § 2, de Ligam., qu. 4. — <sup>12</sup> Part. 3, tract. 4, resol. 296; cfr. part. 4, tr. 3, resol. 15. — *Villal.*, part. 1, tr. 1, diff. 23, n. 2. — <sup>13</sup> Tr. 9, cap. 15, n. 46. — *Regin.*, lib. 31, n. 299 et 300. — *Henric.*, lib. 12, cap. 6, n. 5 et 7. — <sup>14</sup> De Matr., qu. 4, punct. 4, n. 5. — *Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 241,

Summenhart, de Contract., qu. ult., concl. 3, post princ.

<sup>b)</sup> Wigandt, tr. 16, num. 59, v. *Resp. 1*, scribit: « Si facta diligenti inquisitione de matrimonii valore, adhuc maneant dubii, sine mortali petere non possunt ». Sed v. *Resp. 4*, mentem suam explicat his verbis: « Si uterque bona fide contraxit, et postea ambo de valore matrimonii dubitent, et adhibita circa inquirendam veritatem sufficiente diligentia adhuc dubii maneant, ex titulo possessionis possunt dubium practice deponere, et salva conscientia petere ac reddere, licet speculative maneant dubii ».

<sup>c)</sup> Valentia male hic citatur a Diana; tenet enim priorem sententiam in *Suppl.*, disp. 10,

qu. 4, punct. 2, v. *Si tamen quis*. Primo enim negat generatim conjugem dubium de valore matrimonii a se contracti, posse « perseverante tali dubio » petere debitum. Deinde refert opinionem Soti, dicentis (quamvis sub aliqua formidine, ut ait Valentia) conjugem illum posse etiam petere debitum, quando post adhibitam quidem diligentiam maneret adhuc dubius. Sed hanc Soti opinionem rejicit Valentia, scribens: « Nihilominus tamen censeo absolute cum aliis doctoribus: nunquam licet petere quamdiu duraverit dubium ».

<sup>d)</sup> Lessius, de Just., lib. 2, cap. 14, dub. 4, n. 23, loquitur in generali de re accepta bona fide, et scribit: « Si postea incipiat dubitare an sit aliena, tenetur inquirere veritatem; et,

petitionem antequam diligentia adhibeatur. Secus vero, post diligentiam: tunc enim (ut supra jam dictum est) conjux manet in possessione sui juris, practice deposito dubio per principium illud reflexum, quod in dubio melior est conditio possidentis. Et revera textus, dicendo non posse conjugem opinantem petere, supponit eum non adhuc sibi efformasse iudicium practicum conscientiae, dubium deponendo; cum subdat non posse petere: *Ne in alterutro, vel contra legem conjugii, vel contra iudicium conscientiae committat offensam*. Hinc apparet quam necessarium sit in moralibus admittere quod liceat deponere dubia per principia reflexa; his enim negatis, nulla apparet ratio cur licitum sit (ut licitum jam ibi declarat Pontifex) conjugi dubitanti de morte prioris conjugis debitum reddere postulanti.

Recte autem advertit Sanchez<sup>1</sup> non posse dubitantem reddere debitum in primo bimestri ante praemissam diligentiam, etiamsi petens sit in bona fide; quia eo tempore alter non habet jus petendi. — Et idem dicendum, si alter petens per incestum vel adulterium sit privatus jure petendi.

905. — Dubitatur 2<sup>o</sup>. *An, contracto matrimonio in bona fide, conjux habens rationem probabilem pro invaliditate matrimonii, et nullam pro valore, possit petere post adhibitam diligentiam?*

Prima sententia negat: et hanc tenent Sanchez<sup>2</sup>, Lugo<sup>3</sup>, Salmant.<sup>4</sup>, Sporer<sup>5</sup>;

Habens probabilitatem de nullitate tantum matrimonii bona fide contracti:

Juxta alios, nec post diligentiam potest petere.

<sup>1</sup> Lib. 2, disp. 41, n. 48. — <sup>2</sup> Disp. 44, n. 2 et 4. — <sup>3</sup> De Just. et Jure, disp. 17, n. 88. — <sup>4</sup> Tr. 9, cap. 15, n. 49. — <sup>5</sup> Tr. 1, cap. 1, n. 77. — <sup>6</sup> De Matr., qu. 4, punct. 4, n. 13. — *Regin.*, lib. 31, n. 301. — *Gutierr.*, de Matr., cap. 50, n. 4. — <sup>7</sup> De Matr., qu. 7, art. 3, n. 11. — <sup>8</sup> Tr. 14, de Sacram.,

Bonacina<sup>6</sup> cum Reginaldo et Gutierrez, ac Viva<sup>7</sup>, qui vocat eam communem. — Hi dicunt conjugem taliter opinantem teneri ad reddendum alteri qui bona fide contraxit, sed petere non posse. Ratio, quia possessio suffragatur dubitanti, non autem habenti assensum opinativum tantum pro nullitate matrimonii.

Secunda vero sententia satis probabilis affirmat; et hanc tenent Palaus<sup>a)</sup> cum Coninck<sup>a)</sup>, et Croix<sup>b)</sup>. — Hi enim dicunt conjugem non interdicti a petendo post diligentiam, dubium deponendo, et conscientiam sibi formando ex eadem regula dicta ut supra, nempe quod nemo est privandus jure suo certo quod possidet bona fide, nisi certo probetur quod nullum jus habeat; ut dicunt in terminis de matrimonio Anacletus<sup>8</sup> cum Herincx; ac Cardenas, Merolla et Bresser, apud Croix<sup>9</sup>; atque fatetur ipse Sanchez<sup>10</sup>. — In hoc enim differre videtur qui bona fide ab eo qui mala fide contraxit. Nam possessor *malae fidei* non potest petere, ut dicunt Sanchez<sup>11</sup>, Sporer<sup>12</sup> et Salmant.<sup>13</sup>, nisi habeat certitudinem vel saltem probabilitatem pro valore matrimonii (quamvis non desint doctores qui tuentur tunc etiam sufficere, si post diligentiam dubium deponatur, ut videbimus in Dubio sequenti). Possessor autem *bonae fidei* post diligentiam factam petere potest, semper ac non constat de nullitate matrimonii; quia possessio praebet ei jus certum petendi, quod praevallet cuicum-

Satis probabiliter potest.

Possessor malae fidei.

Possessor bonae fidei.

dist. 13, n. 85. — *Herincx*, de Matr., disp. 7, qu. 6, n. 32. — *Carden.*, disp. 19, n. 106 et 107. — *Meroll.*, disp. 3, cap. 3, n. 147 et 150. — *Bresser.*, lib. 4, cap. 12, n. 117. — <sup>9</sup> Lib. 6, part. 3, n. 300. — <sup>10</sup> Lib. 2, disp. 44, n. 3. — <sup>11</sup> Loc. cit., disp. 42, n. 2 et 9. — <sup>12</sup> Tr. 1, cap. 1, n. 77. — <sup>13</sup> Tr. 9, cap. 15, n. 48.

manente dubio post inquisitionem, non tenetur restituere, sed manet in possessione bonae fidei ».

905. — <sup>a)</sup> Palaus, tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 9, n. 6, haec dumtaxat habet: « Ob superveniens dubium vel opinionem de matrimonii nullitate, non impeditur a debiti petitione ». — Coninck autem, disp. 34, n. 105, negat dubium superveniens bonae fidei impedire petitionem, si post adhibitam diligentiam periret, quia « talis bona fide possidet jus petendi debitum, quo non debet se spoliare, quamdiu non constat non esse suam ».

<sup>b)</sup> Croix, lib. 6, part. 3, n. 302, loquitur

ut Coninck; sed respondens objectioni petita ex cap. *Inquisitioni*, clarius loquitur, et ait caput hoc intelligendum esse « de casu in quo conjux habet iudicium probabile de sola nullitate matrimonii, et nullum habet probabile motivum pro valore; ac tum non posse petere, sed tantum reddere, nisi aliunde sibi formet conscientiam secundum dicta n. 300 ». At, n. 300, dixit posse reddere, quia possessio stat pro valore matrimonii; n. 301 vero, negavit posse petere, « si habeat spem obtinendi majorem certitudinem... quia tum tale dubium censetur vincibile, quo stante non licet operari ».

que probabilitati oppositae: probabilitas enim, cum sit opinativa, et consequenter semper includat formidinem in opinione contentam, auferre nequit legitimam praesumptionem validitatis matrimonii, ortam ex ipsa possessione conjugii bona fide contracti. (Vide quae in simili casu diximus, *Lib. I, n. 36*).

Id confirmatur ex cap. *Laudabilem, de frigid. et malefic.*, ubi, in dubio de impotentia conceditur conjugibus usque ad triennium experiri. — Etenim peto, si post biennium conjux non adhuc potuerit consummare, num est probabile matrimonium esse validum? Certe quidem est improbabillimum; et e converso probabillimum est tunc esse nullum: et tamen, hoc non obstante, possunt conjuges pergere ad experiendum usque ad finem triennii. Rogo, qua ratione? non utique alia, nisi quia matrimonium non est adhuc certe nullum, neque illi sua possessione adhuc sunt exspoliandi.

Praeterea ipsimet adversarii concedunt conjugem opinantem teneri ad reddendum, etiamsi adsit probabilitas tantum de nullitate matrimonii; nec id negare possunt, cum id expressum sit <sup>c)</sup> in cap. *Inquisitioni* supra citato. Et ratio est quidem, quia nemo exspoliandus est sua legitima possessione donec constet de nullitate sui juris. Sicut ergo, non obstante unico illo assensu opinativo pro nullitate, non potest conjux dubitans alteri debitum negare, ne privet eum sua certa possessione; ita post diligentiam, non tenetur ipse ex illa sua conscientia tantum opinativa, se exspoliare certa sua possessione, nisi certus sit quod nullum jus sibi competat. — Dicitur autem: *ex conscientia tantum opinativa*, quae formidinem includat et ad certitudinem non pertingat. Nam si conjux dubitans habeat rationes ita convincentes de nullitate matrimonii, ut

fundent de ea moralem certitudinem, tunc certe nec petere nec reddere potest. — Item recte advertit Croix <sup>1</sup>, etc. cum Cardenas, quod dubitans, si adhuc spem prudentem habet inveniendi majorem certitudinem, tunc nequit petere; quia, cum dubium adhuc est vincibile, non potest uti jure petendi.

**906.** - Dubitatur 3<sup>o</sup>. *An, contracto matrimonio cum dubia fide de impedimento, possit dubitans post diligentiam petere debitum, dubio adhuc perseverante?*

*Prima* sententia communior negat. Et hanc tenent <sup>a)</sup> Palaus <sup>2</sup>, Roncaglia <sup>3</sup>, Salmant. <sup>4</sup>; Bonacina <sup>5</sup> cum Coninck, Filiuccio, etc.; ac Sanchez <sup>6</sup> cum Navarro, Silvestro, etc. — Probatur 1<sup>o</sup> ex cap. *Dominus, de secund. nupt.*, ubi dicitur contrahens in mala fide minime posse petere. Probatur 2<sup>o</sup> ratione: quia nemo potest uti re quam mala fide incepit possidere; unde, si non potest dubium deponere, nunquam petere potest.

*Secunda* vero sententia satis probabilis affirmat; eamque tenent Holzmann <sup>7</sup>, Elbel <sup>8</sup>. — Ratio, quia, esto dubitans non possit deponere dubium ex titulo possessionis; potest tamen deponere ex aliis principiis, nempe: primo, quia in dubio standum est pro valore actus, ut habetur in leg. *Quoties in actionibus, ff. de reb. dub.* Secundo, quia, cum matrimonium sit causa favorabilis, in dubio standum pro ejus valore, ut probat ipse Sanchez <sup>9</sup> cum Covarruvias, Lopez et Menochio: eo quod sicut in foro externo in dubio judicandum est pro valore matrimonii (juxta communem sententiam, ibi ex cap. *fin., de sent. et re judic.*), ita etiam judicandum in foro interno, quod conformari debet externo, quando hoc non innititur falsa praesumptione. — Nec obstat textus oppositus in dicto cap. *Dominus*. Quia ibi sermo fit de contrahente cum dubio de

v. *Matrimonium IV*, qu. 9, v. *Tertium*. — <sup>1</sup> De Matr., num. 466, resp. 3. — <sup>2</sup> De Matr., num. 146. — <sup>3</sup> Lib. 1, disp. 18, num. 6. — <sup>4</sup> Covar., de Sponsal., part. 1, cap. 4, § 1, num. 12. — <sup>5</sup> Gregor. Lopez, part. 4, tit. 1, ley 3, gloss. 8. — <sup>6</sup> Menoch., de Praesumpt., lib. 3, praesumpt. 1, num. 30.

mala fide contrahente), non ponunt clausulam: *post diligentiam adhibitam*; sed plane eam insinuant Bonacina et Coninck.

In spe inveniendi majorem certitudinem nequit petere.

Contracto matrimonio cum dubia fide:

Post diligentiam, dubitans nequit petere, juxta communiorum.

Satis probabiliter potest.

Dubitans de morte prioris conjugis nequit petere:

morte prioris conjugis: quo casu certum est dubitantem non posse petere, donec constet de illius morte; nam alias potius est jus prioris matrimonii.

Hoc tamen procedit respectu ad conjugem qui contraxit cum dubia fide. Secus vero, quoad conjugem qui contraxit cum bona fide <sup>b)</sup>; ut diximus num. 904, v. *Secunda*.

Communiter autem dicunt Sanchez <sup>1</sup>, Bonacina <sup>2</sup>, Bossius <sup>3</sup>, Sporer <sup>4</sup>, Roncaglia <sup>5</sup>; et Salmant. <sup>6</sup> cum Dicastillo; et Croix <sup>c)</sup>, cum Schildere <sup>c)</sup>, Aversa <sup>c)</sup>, etc., quod, etiam contracto matrimonio cum dubia fide, possit dubitans petere, si matrimonium reputetur probabiliter validum; etiamsi probabilius sit esse nullum, ut dicunt Sanchez et Sporer. — At hoc mi-

<sup>1</sup> Lib. 2, disp. 42, n. 9. — <sup>2</sup> De Matr., qu. 4, punct. 4, num. 10. — <sup>3</sup> De Effect. Matr., cap. 2, num. 41. — <sup>4</sup> Tr. 1, cap. 1, n. 77. — <sup>5</sup> Tr. 21, qu. ult., cap. un., qu. 6, resp. 2. —

nime admittendum. Nam in dubio de morte prioris conjugis, sive nuptiae sint initae cum bona fide sive cum dubia fide, nunquam conjux dubitans petere poterit: nisi de morte prioris conjugis habeatur certitudo, aut saltem tanta praesumptio quae moralem certitudinem statuatur. Alias, si tantum probabilitas de morte habeatur, nequit unquam conjux ille dubitans petere: tum quia tunc remanet probabile periculum injuriae prioris conjugis (juxta dicta *Lib. I, n. 42 et 52*, in tractatu de *Conscientia* quem ipse condidi); tum quia eo casu possidet prius matrimonium, donec constet fuisse solutum.

**907.** - Dubitatur 4<sup>o</sup>. *An, in dubio positivo de valore matrimonii, puta, si dubitatur de impedimento vel de consensu*

<sup>6</sup> Tract. 9, cap. 15, num. 48. — *Dicast.*, de Matr., disp. 9, dub. 13, num. 167. — *Sanch.*, loc. cit., num. 9. — *Sporer*, loc. cit.

Sive bona, sive dubia fide contraxerit.

Nisi habeatur certitudo saltem moralis de morte.

In dubio positivo de valore matrimonii:

<sup>b)</sup> Ultima haec propositio, quae jam scripta erat in secunda editione, hic ex oblivione relicta reperitur; sed sustineri nequit, et prorsus juxta mentem S. Doctoris respuenda est; quippe quae apertissime pugnat cum iis quae infra dicuntur, v. *At hoc minime admittendum*, quae S. Alphonsus in sexta et subsequentibus editionibus, antiquiorem suam opinionem reformans, inseruit. — In secunda enim editione (et idem reperitur etiam in 3<sup>a</sup>, 4<sup>a</sup> et 5<sup>a</sup> edition.) scripserat: «Hoc tamen procedit respectu ad conjugem qui contraxit cum dubia fide; secus vero quoad conjugem qui contraxit cum bona fide, ut diximus n. 904. Communiter autem dicunt... quod etiam contracto matrimonio cum dubia fide, possit dubitans petere, si matrimonium reputetur probabiliter validum, etiamsi probabilius sit esse nullum... Et hoc valere dicunt idem Sanchez et Bossius, *ll. cit.*, quamvis matrimonium sit contractum cum dubio de morte prioris conjugis; nam si adsit probabilitas de illius morte, non improbabiler dicunt auctores mox citati licitum esse utrique conjugi reddere et petere, formando sibi probabilem conscientiam de valore secundi matrimonii. Nec obstat dicere quod non liceat dubitanti petere cum probabili praesudicio prioris conjugis; nam hoc procederet quando possessio pro primo conjugis esset certa; non vero quando est dubia; cum autem est dubia illius vita, dubia etiam est possessio». — In tertia et seqq. addit: «Nec obstat citatum cap. *Dominus*; nam textus loquitur in casu dubii, non autem probabilitatis». — In sexta vero editione et sequentibus, omnia illa, uti liquet, quae de dubio mortis prioris conjugis in fine scripta erant, deleta

sunt; unde propositio illa: *Secus vero quoad conjugem qui contraxit cum bona fide*, non amplius cohaeret cum suffectis; sed, ut diximus, prorsus respuenda est. — De eodem casu loquens in *Hom. apost.*, et *Istruzione e Pratica* (licet quaesitum generale sit tantum de matrimonio cum dubia fide contracto), S. Doctor scribit *tr. 18, n. 37*, illum qui dubitat de morte prioris conjugis, posse non solum reddere, sed etiam petere, quando probabilitatem habet de matrimonii validitate. Haec pariter sunt reformanda juxta 6<sup>am</sup> editionem operis *Istruzione e Pratica*, in qua, in locum hujus opinionis, haec contraria supposita est, cap. *18, n. 37*: «Excipitur vero casus quo dubitatur de morte prioris conjugis; tunc enim, ex cit. cap. *Dominus*, conjux dubitans (quidquid dicant Sanchez et Bossius) nunquam poterit petere, nisi de illius morte habeat certitudinem, vel tantam saltem probabilitatem, quae moralem saltem certitudinem constituat: alias priores nuptiae semper possident».

<sup>c)</sup> Croix non videtur ad rem citari; quamvis enim, *lib. 6, part. 3, n. 299*, id asserat, at certe loquitur de matrimonio bona fide contracto; quaerit enim: «Quid agendum sit, si post contractum matrimonium, suboriatur dubium de illius valore». — Schildere autem, *de Consc., tr. 2, n. 126*, scribit tantum: «Probabiliter opinans matrimonium esse validum, licite potest petere debitum». — Idemque habet Aversa, *qu. 21, sect. 2, v. Caeterum*; quin etiam Aversa aperte loqui videtur de matrimonio bona fide contracto, cum citet Sanchezium, *disp. 44*, ubi hic auctor loquitur de bona fide.

Si rationes fundent moralem certitudinem, nec petere nec reddere potest.

<sup>1</sup> Lib. 6, part. 3, n. 301. — *Carden.*, disp. 19, n. 113. — <sup>2</sup> Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 9, n. 6. — <sup>3</sup> Tr. 21, qu. ult., cap. un., qu. 6, resp. 2. — <sup>4</sup> Tr. 9, cap. 15, n. 48. — <sup>5</sup> Qu. 4, punct. 4, n. 10. — *Coninck*, disp. 34, n. 101. — *Fill.*, tr. 10, part. 1, cap. 9, num. 345. — <sup>6</sup> Lib. 2, disp. 42, num. 2. — *Navar.*, Man., cap. 22, n. 77 (edit. Veneta 1573). — *Silvest.*,

<sup>c)</sup> Vide textum hujus canonis supra n. 903. **906.** - <sup>a)</sup> Auctores citati (exceptis Roncaglia et Salmant., ubi loquuntur de utroque

praestito, et simili, *judicandum sit in favorem matrimonii contracti?*

In foro externo, procul dubio affirmandum; ut communiter docent doctores. — Vide Sanchez<sup>1</sup>.

Sed in foro *conscientiae*, negant aliqui: eo quod in dubio possidet libertas ab onere matrimonii. — Sed verius est oppositum; ut tenent Sanchez<sup>2</sup>, Pontius<sup>3</sup>, Elbel<sup>4</sup>, et Tamburinius<sup>5</sup> cum Covarruvias, Menochio et communi. Ratio, quia, licet matrimonium sit tantum probabiliter validum; tamen certa est ejus possessio, donec non constet de nullitate<sup>a)</sup>, cum in dubio (ut diximus) semper judicandum sit pro validitate actus, ut dicunt Palaus<sup>6</sup>, Busenbaum, Elbel<sup>7</sup> et Croix<sup>8</sup> ex leg. *Quoties ff. de reb. dub.*

**908.** - Ad dignoscendum autem quomodo quis possit esse certus, vel probabiliter dubitare de nullitate matrimonii, tres regulae dantur:

*Prima* est quod, ordinarie loquendo, non tenetur conjux credere alteri asserenti se fecte consensisse, etiamsi id assermet cum juramento; ex cap. *Per tuas, de probationib.*, et cap. *Cum a nobis, de testib. et attestat.*, ubi<sup>a)</sup>: *Nimis indignum*

<sup>1</sup> Lib. 1, disp. 18, n. 5. — <sup>2</sup> Loc. cit., n. 6. — <sup>3</sup> Lib. 10, cap. 15, a n. 6. — <sup>4</sup> De Matr., n. 146. — <sup>5</sup> Decal., lib. 1, cap. 3, § 7, v. *Matrimonium*, n. 9. — *Covar.*, de Sponsal., part. 1, cap. 4, § 1, n. 12. — *Menoch.*, de Praesumpt., lib. 3, praes. 1, n. 30. — <sup>6</sup> Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 9, n. 4. — *Bus.*, lib. 1, tr. 1, cap. 2, dub. 3, n. 7. — <sup>7</sup> Loc. cit. — <sup>8</sup> Lib. 6, part. 3, n. 298. — <sup>9</sup> Qu. 4, punct. 4, n. 19. — <sup>10</sup> Part. 3, tr. 4,

[est]..., *ut quod sua quisque voce... protestatus est... proprio valeat testimonio infirmare.*

Dicitur: *ordinarie loquendo*. Nam aliter dicendum, si ex circumstantiis aliter censendum esset; puta si conjux ille sit in articulo mortis, si non soleat pejerare, vel si sit persona pia et vellet separari aut religionem ingredi, etc.: tunc enim alter habet sufficiens motivum prudenter dubitandi. Ita Bonacina<sup>9</sup>, Diana<sup>10</sup>; Sanchez<sup>11</sup> cum Soto, Adriano, Paludano<sup>b)</sup>, Silvestro, Navarro, Angelo, etc.; ac Salmant.<sup>12</sup> cum Valentia<sup>c)</sup>, Dicastillo, Veracruz<sup>d)</sup> et Ledesma<sup>e)</sup>.

*Secunda regula* est, quod si quis audiat a personis non fide dignis vel ex fama a nullo auctore certo exorta adesse impedimentum; licite potest matrimonium contrahere aut post contractum reddere et petere debitum. Quia talis fama aut dictum non habetur ut ratio prudens dubitandi. — Sanchez<sup>e)</sup>, ex can. *Si duo, caus. 35, qu. 6*; item Salmant.<sup>13</sup> cum Silvestro<sup>f)</sup>, et Bonacina<sup>f)</sup>.

*Tertia regula* est, quod dictum unius testis fide digni de impedimento, aut fama publica ex certo<sup>g)</sup> auctore (ut dicunt San-

resol. 296, i. f. — <sup>11</sup> Lib. 2, disp. 45, n. 3 et 9. — *Sotus*, in 4, dist. 27, qu. 1, art. 3, prop. 1, v. *Quo ergo gradatim*. — *Adrian.*, in 4, de Matr., qu. 2, § *Ad secundum*, v. *Fortepetes*. — *Silvest.*, v. *Matrimonium IV*, qu. 9, dict. 3. — *Navarr.*, Man., cap. 22, n. 82 cum n. 77. — *Angel.*, v. *Matrimonium II*, n. 14 et 16. — <sup>12</sup> Tract. 9, cap. 15, n. 52. — *Dicast.*, disp. 9, dub. 15, n. 177 et seqq. — <sup>13</sup> Loc. cit., n. 53.

se consensisse, vel « monstat hoc factis, fugiens a consortio ».

<sup>e)</sup> Sanchez non loquitur eodem modo de fama et de personis fide non dignis. De his enim plane concordat, *lib. 2, disp. 45, n. 29*, quoad usum matrimonii jam contracti. Negat vero, n. 25, famam publicam, impedire ab usu matrimonii, et ait adhibendam tunc esse diligentiam si velit petere; ad dissolvendum vero matrimonium jam contractum, n. 32, satis esse famam impedimenti. Et hic allegat canonem *Si duo*. Denique, *lib. 1, disp. 71, n. 13*, ait famam impedimenti impedire ne matrimonium contrahatur, sed rumorem (n. 18) non sufficere.

<sup>f)</sup> Silvester, v. *Matrimonium VI*, qu. 8; et Bonacina, *loc. cit.*, n. 20, loquuntur de personis fide non dignis, sed relate ad usum matrimonii jam contracti.

<sup>g)</sup> Sanchez, Silvester non loquuntur de certo auctore famae; Dicastillus omittit famam.

Exceptio- nes.

Audiens impedimentum a fide non dignis vel fama incerta, potest contrahere et petere.

Audiens ex uno fide digno vel fama publica tenetur inquirere.

Sed potest reddere.

Post diligentiam potest petere et reddere.

Petitio debiti cum gravi periculo sanitatis.

Per se illicita.

Exceptio- nes.

chez<sup>1</sup>, Dicastillus, Silvester et Salmant.<sup>2</sup>) sufficit ut quis teneatur veritatem inquirere, et interim abstinere a petendo debito. Quia, cum talis ignorantia tunc sit vincibilis, in dubio non potest operari. — Non sufficit tamen hoc ut teneatur debitum negare. Quia, licet possit, nemo tamen tenetur credere uni testi, quantumvis fide digno, qui non inducit necessitatem credendi, maxime in sui praejudicium; ex cap. *Cum a nobis, de testib. et attestat.*, Salmant.<sup>3</sup>.

Post autem adhibitam diligentiam bene potest reddere et petere, ut dicunt iidem Salmant.<sup>4</sup> cum Navarro, Silvestro, Angelo et Lopez.

**909.** - « III<sup>o</sup>. Si fiat *cum gravi periculo vitae aut sanitatis*. Nisi tamen sit causa « gravis, cui damnum corporale videatur « postponendum, v. gr. periculum incontinentiae in se vel comparte. — Bonacina<sup>a)</sup>, Martinus Perez<sup>b)</sup> ».

Dubitatur 1<sup>o</sup>. *An liceat petere cum periculo sanitatis, nempe, si alteruter conjugum laboret lepra, morbo gallico, phthisi aut alio morbo contagioso?*

Per se loquendo, non licet; cum nemo sit dominus suae vitae aut salutis. — Attamen probabiliter Busenbaum (ut supra) cum Bonacina et Perez; ac Sanchez<sup>6</sup> cum Cajetano, Petro Soto, Graffio; item Bossius<sup>7</sup> cum Pontio, Laymann et Reginaldo, dicunt quod si morbus esset diuturnus, et non proxime tendens ad mortem, nempe quod non soleat de brevi et facili morte inferre, ut esset pestis<sup>b)</sup> aut

<sup>1</sup> Lib. 2, disp. 45, a n. 25. — *Dicast.*, dub. 15, n. 181. — *Silvest.*, v. *Matrimonium VI*, qu. 8. — <sup>2</sup> Loc. cit., n. 54. — <sup>3</sup> Tr. 9, cap. 15, n. 54. — <sup>4</sup> Loc. cit., n. 54. — *Navarr.*, Man., cap. 22, n. 81 (edit. Veneta 1573). — *Silvest.*, loc. cit. — *Angel.*, v. *Matrimonium III*, imped. 18, n. 4. — *Ludov. Lopez*, Instruct., part. 1, cap. 81, post princ. et i. f. — <sup>5</sup> Disp. 50, sect. 4, n. 5. — *Bonac.*, qu. 4, punct. 6, n. 8 (melius punct. 1, n. 8. — *Perez*, loc. cit. — <sup>6</sup> Lib. 9, disp. 24, n. 23. — *Cajetan.*, in 2<sup>o</sup> 2<sup>o</sup>, qu. 154, art. 1, v. *Ad secundum* [i. e. *tertium*]

**909.** - <sup>a)</sup> Bonacina, *qu. 4, punct. 6, n. 8*, dicit conjuges excusari a redditione debiti in periculo gravis morbi aut detrimenii.

<sup>b)</sup> Id est lues venerea vel phthisis.

<sup>c)</sup> Perez, Sotus, Pontius et Reginaldus disputant de redditione debiti tantum.

<sup>d)</sup> Bossius eos excusat a compensatione expensarum, « nisi requisiti morbum aperire, si quem haberent, fraudulenter tegerint ».

<sup>e)</sup> Sotus, in 4, *dist. 32, qu. un., art. 1,*

lepra leonina (qua frustatim membra decidunt): tunc non erit illicitum sano petere<sup>c)</sup>, si aderit justa causa, nimirum fovendi amorem conjugalem aut vitandi incontinentiam in se vel in altero. Quia alias esset valde onerosum tamdiu abstinere ab usu conjugii: quod vix poterit esse sine periculo incontinentiae.

Advertendum tamen quod conjux infectus morbo gallico aut simili contagioso, non poterit petere ab altero inscio, nisi vitium suum illi manifestet, et manifestando possit alter remedii occurrere morbo; imo nec etiam poterit reddere nisi certiore facto sano. Hinc bene ait Bossius<sup>8</sup> quod dupliciter peccaret qui laborans morbo gallico fornicationem committeret; et insuper teneretur compensare expensas pro curatione<sup>d)</sup>. Probabiliter tamen ab hac compensatione excusat feminas, nisi ipsae requisitae fraudulenter suum morbum tegerent. Non potest igitur conjux infectus tunc reddere, nisi morbum manifestet. Caeterum vero non tenetur manifestare; quia non tenetur cum tanto detrimento suae famae conjugale debitum praestare: in omnibus enim contractibus gravissimum incommodum in solutione excusat a debito reddendo; ut ait Tamburinius<sup>9</sup> cum Soto<sup>e)</sup>, juxta dicenda in simili casu n. 941, v. *Secunda*.

**910.** - Non licet autem petere *statim a balneis vel a sectione venae*. Nam, ut dicunt Sanchez<sup>10</sup>, Bonacina<sup>11</sup>; et Bossius<sup>12</sup> cum S. Antonino et Filliuccio, coitus eo tempore est notabiliter periculosus<sup>a)</sup>. —

*dicatur*. — *Petr. Sotus*, lect. 16, de Matr., i. f. — *Jacob. de Graffio*, Decis: aur., part. 1, lib. 2, cap. 83, n. 6. — <sup>7</sup> De Effect. Matr., cap. 1, n. 195 et 209. — *Pont.*, de Matr., lib. 10, cap. 14, n. 4. — *Laym.*, lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 1, n. 5, v. f. — *Regin.*, lib. 31, n. 288 et 284. — <sup>8</sup> Loc. cit., cap. 1, n. 180. — <sup>9</sup> Decal., lib. 7, cap. 3, § 5, n. 23. — <sup>10</sup> Lib. 9, disp. 24, n. 5. — <sup>11</sup> Qu. 4, punct. 1, n. 4. — <sup>12</sup> Loc. cit., n. 171. — *S. Anton.*, part. 3, tit. 1, cap. 20, § 10. — *Fill.*, tr. 10, part. 1, cap. 9, n. 339.

*dub. post concl. 2*, excusat a mortali saltem illum conjugem qui alteri petenti negat debitum (secluso periculo pollutionis in petente) ad evitandam numerosam prolem, « praesertim dum paupertate premuntur ut tantam sobolem alere nequeant ». Et ipsi auctores qui Sotum allegant, dant hujus dicti rationem quae refertur hic a S. Alphonso.

**910.** - <sup>a)</sup> Hodierni medici testantur concubitum non solere esse notabiliter periculosum

In utroque foro judicandum in favorem.

Regulae ad discernendum certum vel dubium matrimonium.

Nemo tenetur credere asserenti se fecte consensisse.

Quando conjux tenetur manifestare morbum.

Petitio in febrili, illicita.

Idem dicunt Bonacina<sup>1</sup>, Pontius<sup>2</sup>, Sanchez<sup>3</sup> et Bossius<sup>4</sup> cum aliis, de laborante febrili.

Idem ait Croix de viro coeunte cum uxore laborante gonorrhoea, scilicet profusio seminis, dicto *fluxo albo*. — Sed quidam medicus mihi asseruit minime nocere talem copulam neque viro neque mulieri. Praeterquam quod non videtur copula tunc prohiberi, cum huiusmodi fluxus soleant esse fere perpetui; unde grave incommodum esset conjugibus tamdiu abstinere ab usu matrimonii<sup>b)</sup>; prout dictum est de muliere laborante menstruo innaturali (vide dicenda n. 925, ad 1.).

Exceptio.

Excipiendum tamen nisi fluxus sit maleficus: et tunc etiam excusatur coitus, si adsit periculum incontinentiae tam in petente quam in reddente; juxta mox dicta n. praeced. — Vir autem laborans fluxu seminis semper licite potest petere; quia coitus nullum affert damnum nec ipsi, nec uxori, nec proli. Ita Sanchez<sup>5</sup>.

Petitio debiti statim post prandium, non illicita.

Videtur etiam non licere petere statim post prandium: dum inquit Pontius<sup>c)</sup>, Bonacina<sup>6</sup>; Bossius<sup>7</sup> cum Paludano<sup>d)</sup>; et Sanchez<sup>8</sup> cum Vega<sup>e)</sup>, conjuges saepe excusari a reddendo in tali tempore; eo quod coitus soleat tunc afferre grave damnum, ob ciborum cruditatem, vel corruptionem quam causat. Refertque S. Antoninus<sup>9</sup>, quemdam propter hoc in phthisim incidisse. — Sed dico quod si hoc

<sup>1</sup> Qu. 4, punct. 1, n. 4. — <sup>2</sup> Lib. 10, cap. 14, n. 3. — <sup>3</sup> Lib. 9, disp. 24, n. 3. — <sup>4</sup> De Effect. Matr., cap. 1, n. 170. — Croix, lib. 6, part. 3, n. 323. — <sup>5</sup> Lib. 9, disp. 21, n. 9. — <sup>6</sup> Qu. 4, punct. 1, n. 6. — <sup>7</sup> De Effect. Matr., cap. 1, n. 171. — <sup>8</sup> Loc. cit., disp. 24, n. 4. — <sup>9</sup> Part. 3, tit. 1, cap. 20, § 10. — Butrius, Prooem., de Sponsal., num. 14. — Alex. de Nevo, Rubr. de Sponsal., n. 21, cas. 2. — <sup>10</sup> Loc. cit., n. 213. — <sup>11</sup> Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 4, n. 14. — <sup>12</sup> Qu. 4, punct. 1, n. 11. — <sup>13</sup> Lib. 10, cap. 14, n. 9. — <sup>14</sup> Tr. 9, cap. 15, n. 79. —

esset verum omnes fere conjuges phthisici evaderent. Medici autem quos consului et experientia negant in hoc grave damnum adesse. Hinc non auferem damnare conjugem post prandium petentem; cum isti communiter post prandium vel coenam soleant coire. — Neque contra excusarem hac ratione conjugem a reddendo: nisi experientia constaret quod tali coitu ipsi vel alteri notabile damnum provenerit. Alias certum est ipsos teneri ad reddendum, etiam cum aliquali seu levi impedimento; juxta dicenda n. 950, v. *Quaeritur*.

911. - Dubitatur 2<sup>o</sup>. An liceat debitum petere tempore lactationis?

Alii negant, ut Butrius et Alexander de Nevo, apud Bossium<sup>10</sup>. — Imo Tiraquellus<sup>a)</sup> et alius auctor apud Sanchez<sup>a)</sup>, dicunt esse mortale. Tum quia in can. *fn. dist. 5*, D. Gregorius dicit: *Ad ejus vero concubitum vir accedere non debet (debet, non autem decet, ut refert<sup>b)</sup> Sanchez) quousque qui gignitur ablactetur*. Tum quia in tali coitu est timor nocuamenti prolis si uxor concipiat.

Communissime vero affirmant licere Palaus<sup>11</sup>, Bonacina<sup>12</sup>, Pontius<sup>13</sup>, Salmant.<sup>14</sup>, Croix<sup>15</sup>, Holzmann<sup>16</sup>, Elbel<sup>17</sup>; Sanchez<sup>18</sup> cum Richardo, Turrecremata, Rosella, etc.; ac Bossius<sup>19</sup> cum Coninck, Filiuccio, Hurtado, Leandro, Villalobos, etc. — Ratio,

Tempore lactationis, juxta alios, illicita.

Communissime dicitur licita.

<sup>15</sup> Lib. 6, part. 3, n. 326. — <sup>16</sup> De Matr., n. 465. — <sup>17</sup> De Matr., n. 390. — <sup>18</sup> Lib. 9, disp. 22, n. 14. — Richard. a Mediavilla, in 4, dist. 32, art. 4, qu. 1, i. f. — Turrecr., in can. *Ad ejus vero*, dist. 5. — Rosella, v. *Debitum*, n. 9. — <sup>19</sup> De Effect. Matr., cap. 1, n. 214 et 215. — Coninck, disp. 34, num. 78, i. f. — Fill., tr. 10, part. 1, cap. 9, num. 337. — Gasp. Hurtad., disp. 10, diff. 3, num. 13, v. f. — Leand., tr. 9, disp. 25, qu. 26. — Villal., part. 1, tr. 13, diff. 41, num. 9.

post balneum, venae sectionem, prandium vel coenam.

b) Et huic etiam consentit Croix, dum limitans suam sententiam scribit: « Si tamen morbus diu duraret et esset proximum periculum incontinentiae, praestat mederi animae quam corpori ».

c) Pontius, *lib. 10, cap. 14, n. 3*, excusat eo casu a redditione, « si experimento cognovit grave salutis detrimentum sequi ».

d) Paludanus, *in 4, dist. 32, qu. 1, art. 2, concl. 3 (n. 3)*, illud indicat, ut dicit Bossius, dum testatur ex relatione cuiusdam medici, virum quemdam in phthisim incidisse, quia

statim post prandium consueverat uxorem cognoscere.

e) Christophorus de Vega, *de Arte medendi, lib. 2, sect. 5, cap. 4, v. f.*, citatur pro ratione adjecta, scilicet: Qui cibo nuper sumpto coierit, cruditatem patietur aut ciborum corruptionem, nisi validus admodum fuerit.

911. - a) Tiraquellus a Sanchez, *loc. cit., disp. 22, n. 13*, citatur ut qui dicat dumtaxat illicitum esse; at Tiraquellus, *in 15 leg. conubial., n. 139 et 140*, satis insinuat esse mortale, dum dicit nihil magis obesse lactentibus, et etiam frequenter ipsi fetui lethale esse.

b) Apud Sanchez, *loc. cit.*, variae reperiri-

quia non exstat lex prohibens. Textum enim D. Gregorii, ajunt Sanchez<sup>1</sup>, Holzmann<sup>2</sup> et Bossius<sup>3</sup>, esse solum de consilio. Item, quia periculum inficiendi lac, teste experientia, rarum est; saltem non tantum ut teneantur conjuges tanto tempore abstinere ab usu conjugii, cum continuo periculo peccandi.

Limitatio.

Excipiunt tamen Pontius<sup>4</sup> et Bossius<sup>5</sup>, si conjuges sint valde pauperes, et prudens adsit timor de gravi damno prolis. Tunc enim (ut dicunt) neuter tenetur reddere: imo nec potest petere, etiamsi sit periculum incontinentiae; quia non licet sibi consulere cum damno innocentis, cum alia suppetant media ad incontinentiam sedandam.

Verum Sanchez<sup>6</sup> eo casu excusat quidem conjuges a reddendo (ut excusat etiam Bonacina<sup>7</sup>); sed non audent damnare exigentem, dicens quod tunc vel alia via ipse poterit proli consulere, vel erit justa causa ipsam periculo exponendi<sup>c)</sup>, ne tamdiu conjuges cogantur abstinere cum tanta difficultate.

An autem conjuges peccent respectu prolis, petendo tempore praegnationis, vel menstrui, aut purgationis post partum? Vide dicenda n. 924, 925 et 926. — Et quid, si conjuges laborent lepra? Vide n. 950. — An autem liceat coire tempore menstrui? Vide n. 925.

912. - « IV<sup>o</sup>. Si fiat *pravo fine*, v. gr. « tantum voluptatis causa. — Quod tamen « doctores communiter, ut Sanchez<sup>8</sup>, Bonacina<sup>9</sup>, censent esse tantum veniale: « contra Pontium, qui vult esse nullum. « Nullum autem erit, si delectatio non « quaesita sentiatur, vel ad eam se excitent quando copula debita redditur. Sanchez<sup>10</sup>. — Vide etiam Diana<sup>11</sup>, Bonacina<sup>12</sup>, Martinum Perez<sup>13</sup> ».

<sup>1</sup> Lib. 9, disp. 22, n. 16. — <sup>2</sup> De Matr., n. 465. — <sup>3</sup> De Effect. Matr., cap. 1, n. 215. — <sup>4</sup> Lib. 10, cap. 14, n. 9. — <sup>5</sup> Loc. cit., n. 215 et 217. — <sup>6</sup> Loc. cit., n. 15. — <sup>7</sup> Qu. 4, punct. 1, num. 11. — <sup>8</sup> Lib. 9, disp. 11, num. 4. — <sup>9</sup> Qu. 4, punct. 6, n. 7. — Pont., lib. 1, cap. 21, n. 7. — <sup>10</sup> Lib. 9, disp. 11, n. 6; cfr. n. 5 et 8. — <sup>11</sup> Part. 3, tr. 4, resol. 216. —

Certum est esse *illicitum* habere copulam propter solam voluptatem; ut patet ex prop. 9 damnata ab Innocentio XI, quae dicebat: *Opus conjugii ob solam voluptatem exercitum, omni penitus caret culpa ac defectu veniali*.

Commune tamen est apud omnes id non esse mortale, sed tantum *veniale* peccatum: ita Sanchez<sup>14</sup>, Pontius<sup>a)</sup>, Bossius<sup>15</sup> et alii passim, ex D. Thoma<sup>16</sup>, ubi expresse id docet. Et ratio cur non sit mortale est, quia delectatio de aliquo objecto ex duplici tantum capite potest esse mortalis: vel quia objectum ipsum est graviter vetitum, vel quia homo delectatur de illo tamquam ultimo fine. Sed in hac delectatione neutrum intervenit: non primum, ut patet; non secundum, ut supponitur.

Non excusatur autem a veniali, quia est perversio quaedam ordinis; cum delectatio, quae intenta est a natura ut medium ad generationem, fit finis habendae copulae.

*Nullum* autem erit peccatum, ut recte ajunt Croix<sup>17</sup> et Viva<sup>18</sup>, si conjux principaliter intendat procreationem prolis; et utatur voluptate (eam moderate intendens), ut se excitet ad copulam. Sicut pariter minime peccat qui intendit moderatam delectationem in comedendo, ad praestandum corpori conveniens alimentum.

913. - « V<sup>o</sup>. Si exerceatur *mente adultera*; ut si, dum accedit ad suam, imaginetur aliam ut animum pascat; quod « est mortale. — Sanchez, Bonacina<sup>19</sup> ».

Excusant autem a mortali Sanchez<sup>20</sup> et Sporer<sup>21</sup> conjugem qui se excitaret ad copulam, delectando de pulcritudine alterius personae, sed absque affectu turpi; at merito dicunt hoc esse valde periculosum, et non permittendum. Sicut nec

<sup>12</sup> Qu. 4, punct. 6, n. 7. — <sup>13</sup> Disp. 49, sect. 2, n. 5 et 6. — <sup>14</sup> Lib. 9, disp. 11, num. 4. — <sup>15</sup> De Effect. Matr., cap. 7, n. 63 et 67. — <sup>16</sup> Supplem., qu. 64, art. 6. — <sup>17</sup> Lib. 6, part. 3, n. 296. — <sup>18</sup> De Matr., qu. 3, art. 2, n. 3, v. *Hinc inferitur*. — Sanchez, lib. 9, disp. 17, n. 6. — <sup>19</sup> Qu. 4, punct. 6, n. 7. — <sup>20</sup> Lib. 9, disp. 17, n. 6. — <sup>21</sup> Part. 4, cap. 2, n. 505.

tur lectiones hujus textus; nam in Veneta edit. 1693, utique habetur *debet*; sed in Brixiensi. 1624, in Viterbien. 1754, legitur: *debet*.

c) Sanchez dicit in eo casu adesse justam causam prolem exponendi.

912. - a) Pontius, *lib. 1, cap. 21, n. 6, 7 et 11*, utique negat esse mortale, imo dicit nullum esse per se peccatum; sed addit esse per accidens aliquod peccatum propter vehementiam voluptatis.

Sed venialitertantum.

Principaliter intendens generationem minime peccat.

Copula mente adultera, graviter illicita.

etiam permittendum puto, cum Diana apud Sporer<sup>1</sup>, se excitare ad coitum respiciendo ad imagines diversi sexus; maxime si essent sacrae: quod recte ajunt Croix<sup>2</sup> et Sporer<sup>3</sup> esse mortale, propter gravem irreverentiam.

914. - An autem liceat marito delectari de copula aliena cogitata, ut se excitet ad coitum cum uxore?

Quid de copula aliena cogitata.

Ex una parte videtur negandum, cum objectum de quo delectatur, sit per se turpe. - Ex alia, non videtur damnandum talem conjugem: cum ideo solutis est illicita spectatio concubitus humani, sive delectatio de visu cogitato talis concubitus, quia in tali visu vel delectatione adest proximum periculum commotionis spirituum generationi deservientium; et cum ipsis copula sit prohibita, consequenter etiam est vetita commotio spirituum: conjugatis autem, cum eis jam permessa sit copula, non videtur vetita saltem sub gravi talis commotio spirituum, quamvis ipsa ex delectatione illa oriatur. Hanc tamen cogitationem, si esset de copula inter personas determinatas, non excusarem a mortali, ob facile periculum consentiendi in delectationem de copula cum conjugate aliena. - Caeterum, quia hoc dubium apud nullum inveni discussum, sapientibus remitto discernendum.

Illud autem quod probabile putat Ariaga<sup>3</sup>, nempe licitum esse marito se delectare de copula cogitata inter ipsum et alienam, dico cum Croix<sup>4</sup> omnino rejiciendum; cum talis delectatio sit de obje-

Diana, part. 11, tr. 8, resol. 35, i. f. - <sup>1</sup> Part. 4, cap. 2, n. 505. - <sup>2</sup> Lib. 6, part. 3, n. 329. - <sup>3</sup> De Vitii et Peccat., disp. 47, sect. 3, subsect. 3, n. 16. - <sup>4</sup> Loc. cit., n. 331. - <sup>5</sup> Part. 3, tr. 4, resol. 204. - <sup>6</sup> Qu. 4, punct. 6, n. 14 et seqq. - <sup>7</sup> Lib. 5, consil. 7, de Poenitent. etc., n. 2. - Angel., v. *Debitum conjugale*, n. 25. - Jacob. de Graffius, lib. 5, consil. 3, de Adulter., n. 11. - Zanard., Director. theolog. ac confessor., part. 1, de Matr., cap. 41, v. *Decimo*. - Horat. Gambarupt., de Casib. reserv., cas. 2 *Aquen.*, de Sodomia,

913. - a) Sporer, loc. cit., dicit: «Potius permittendae imagines, sed certe profanae, non sacrae, ob gravissimum irreverentiae periculum».

915. - a) Praepositus, qu. 6, dub. 4, n. 35, ita quidem docet, modo tamen mulier non ita se gerat «ex intentione impediendi generationem». - Sanchez autem minus recte citatur a Busenbaum; licet enim, lib. 9, disp. 17,

cto intrinsece malo, et ipsi conjugi omnino vetito.

915. - «VI°. Si fiat modo indebito, v. «gr. 1°. Si non servetur vas naturale: «quod multi docent esse veram sodomiam; alii, esse grave peccatum contra naturam (Vide sextum Praecept.). - «2°. Si sine justa causa situs sit innaturalis, praeposterus, etc.: quod aliqui dicunt esse mortale; alii, secluso periculo «effusionis seminis, veniale tantum, etsi «grave et graviter increpandum. Diana<sup>5</sup>. - «3°. Si alter conjugum ex morositate «vel alia ratione seminationem cohibeat: «quod quidam generatim dicunt esse mortale, quia finis actus conjugalis, scilicet «generatio, impeditur; quidam tamen, ut «Praepositus<sup>a)</sup> et Sanchez<sup>a)</sup>, dicunt, in «femina nullum esse. Vide Bonacina<sup>6</sup>».

916. - Quaeritur 1°. An peccet mortaliter vir inchoando copulam in vase praepostero, ut postea in vase debito eam consummet?

Negant Navarrus<sup>7</sup>; ac Angelus, Zerola<sup>a)</sup>, Graffius, Zanardus et Gambarupta, apud Diana<sup>8</sup>: modo absit periculum pollutionis. Quia alias (ut ajunt) omnes tactus, etiam venerei, non sunt graviter illiciti inter conjugatos. - Sed communiter et verius affirmant Sanchez<sup>9</sup>, Pontius<sup>10</sup>, Palaus<sup>11</sup>, Bonacina<sup>12</sup>, Sporer<sup>13</sup>, Tamburinius<sup>14</sup>; et Bossius<sup>15</sup> cum Filliuccio, Perez, Aversa, Fagundez et Leandro. Ratio, quia ipse hujusmodi coitus (etsi absque seminatione) est vera sodomia, quamvis non consummata; sicut ipsa co-

num. 5. - <sup>8</sup> Part. 2, tr. 17, resol. 37. - <sup>9</sup> Lib. 9, disp. 17, num. 5. - <sup>10</sup> Lib. 10, cap. 11, num. 5. - <sup>11</sup> Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 2, num. 6. - <sup>12</sup> Qu. 4, punct. 11, num. 12. - <sup>13</sup> Part. 4, cap. 2, n. 497. - <sup>14</sup> Decal., lib. 7, cap. 3, § 5, num. 31. - <sup>15</sup> De Effect. Matr., cap. 7, num. 174. - Fill., tr. 10, part. 1, cap. 9, n. 329. - Perez, disp. 49, sect. 8, num. 2. - Aversa, qu. 21, sect. 5, v. *Primo*. - Fagund., Decal., lib. 6, cap. 3, num. 18. - Leand., tr. 9, disp. 25, qu. 36.

n. 9, negat praecipi ut mulier eodem tempore ac vir seminet; attamen, disp. 19, n. 5, dictum istud explicat de praeecepto gravi, et dicit veniale esse, «si viro seminante, femina ante proprii seminis effusionem desistat a copula, vel data opera nitatur non seminare».

916. - a) Zerola citatur utique a Diana; sed id non reperitur apud eum in *Prax. poenit.*, cap. 12, qu. 25 (edit. Rom. 1597).

Copula modo indebito.

Inchoata sodomitice et consummata naturaliter.

Verius peccatum lethale.

pula in vase naturali mulieris alienae est vera fornicatio, licet non adsit seminatio.

An autem sit mortale viro perfricare virilia circa vas praeposterum uxoris?

Negant Sanchez<sup>1</sup>; et Bossius<sup>2</sup> cum Filliuccio<sup>b)</sup> et Perez<sup>b)</sup>; quia tangere os vasis praeposteri non est ordinatum ad copulam sodomiticam. - Sed verius pariter affirmant Pontius<sup>c)</sup>, Palaus<sup>3</sup>, Diana<sup>4</sup>; item Fagundez, Leander, etc., apud Bossium<sup>5</sup>; atque Tamburinius<sup>6</sup> (qui testatur ab aliquibus codicibus sententiam Thomae Sanchez esse deletam: imo Moya asserit, ipsum Sanchez<sup>d)</sup> se retractasse in editione Antverpiensi anni 1614). Ratio est, quia saltem talis tactus non potest moraliter fieri sine affectu sodomitico.

917. - Quaeritur 2°. An et quomodo peccet conjuges coeundo situ innaturali?

Situs qualis naturalis, qualis innaturalis.

Situs naturalis est, ut mulier sit succuba et vir incubus; hic enim modus aptior est effusioni seminis virilis, et receptioni in vas femineum ad prolem procreandam. - Situs autem innaturalis est, si coitus aliter fiat, nempe sedendo, stando, de latere, vel praepostere more pecudum, vel si vir sit succubus et mulier incuba.

Coitum hunc, praeter situm naturalem, alii apud Sanchez<sup>7</sup> generice damnant de mortali; alii vero dicunt esse

mortale ultimos duos modos, dicentes ab his ipsam naturam abhorrere. - Sed communiter dicunt alii omnes istos modos non excedere culpam venialem. Ratio, quia ex una parte, licet adsit aliqua inordinatio; ipsa tamen non est tanta ut pertingat ad mortale, cum solum versetur circa accidentalium copulae. Ex alia parte, mutatio situs generationem non impedit; cum semen viri non recipiatur in matricem mulieris per infusionem seu descensum, sed per attractionem, dum matrix ex se naturaliter virile semen attrahit. Ita S. Antoninus<sup>8</sup> cum Alberto Magno; Navarrus<sup>9</sup>, Pontius<sup>10</sup>, Petrocorensis<sup>11</sup>, Salmant.<sup>12</sup>, Bossius<sup>13</sup>, Holzmann<sup>a)</sup>, Sporer<sup>14</sup>, Roncaglia<sup>15</sup>, Croix<sup>b)</sup>; Palaus<sup>16</sup> cum Sa, Tolet, Hurtado, Coninck et Henriquez; ac Sanchez<sup>17</sup> cum Gersonio<sup>c)</sup>, Cajetano, Petro Soto, Dominico Soto, Silvestro, Armilla, Victoria, etc. Et aperte favet D. Thomas<sup>18</sup>, ubi sic ait: *Sed in secundo modo* (nempe mutando situm naturalem) *non semper est peccatum mortale, ut quidam dicunt; sed potest esse signum mortalis concupiscentiae*. Ergo ex D. Thoma mutatio situs per se non est mortalis; sed potest esse mortalis ex prava concupiscentia, puta ex affectu bestialitatis vel sodomiae, vel si hujusmodi voluptas habeatur ut finis ultimus.

Situs innaturalis, venialis per se.

<sup>1</sup> Lib. 9, disp. 17, n. 5 (edit. Brixien. 1624). - <sup>2</sup> Cap. 7, n. 175. - <sup>3</sup> Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 2, n. 6. - <sup>4</sup> Part. 3, tr. 4, resol. 204. - *Fagund.*, Decal., lib. 6, cap. 3, n. 19. - *Leand.*, tr. 9, disp. 25, qu. 37. <sup>5</sup> Loc. cit., n. 175. - <sup>6</sup> Decal., lib. 7, cap. 3, § 5, n. 32. - <sup>7</sup> Lib. 9, disp. 16, n. 2. - <sup>8</sup> Part. 3, tit. 1, cap. 20, § 3, v. f. - *Albert. Magn.*, in 4, dist. 31, art. 24. - <sup>9</sup> Man., cap. 16, num. 42. - <sup>10</sup> Lib. 10, cap. 11, n. 2 et 8. - <sup>11</sup> De Matr., cap. 11, qu. 2, v. *Tertius casus*. - <sup>12</sup> Tr. 9, cap. 15, n. 72 et 73. - <sup>13</sup> De Effect. Matr., cap. 7, n. 168 et seqq. - <sup>14</sup> Part. 4, cap. 2, n. 493. - <sup>15</sup> Tr. 21, qu. ult., quaestiu. 4. - <sup>16</sup> Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 3,

n. 1. - Sa, v. *Debitum conjugale*, n. 14. - *Tolet.*, lib. 7, cap. 24, n. 1. - *Gasp. Hurtad.*, disp. 10, diff. 5, n. 19 et 20. - *Coninck*, disp. 34, dub. 9, n. 80, i. f. - *Henriq.*, lib. 11, cap. 16, n. 6, lit. t. - <sup>17</sup> Lib. 9, disp. 16, n. 3. - *Cajetan.*, in 2<sup>m</sup> 2<sup>a</sup>, qu. 154, art. 1, v. *Ad primum ergo dubium*, et v. *Ad secundum de modo*. - *Petr. Sotus*, lect. 16, de Matr., v. *Finem sequitur*. - *Dom. Sotus*, in 4, dist. 31, qu. unic., art. 4, i. f. *Dubium*. - *Silvest.*, v. *Debitum conjugale*, num. 6 et 7. - *Armilla*, v. *Luxuria*, n. 5; et v. *Matrimonium*, n. 68. - *Victor.*, Sum., de Matr., n. 273. - <sup>18</sup> In 4, dist. 31, expos. text., i. f.

b) Filliucius et Perez, quidquid dicat Bossius, id non habent locis cit., quin imo videtur Filliucius contrarium sentire cum S. Alph. Scribit enim n. 329, copulam consummatam in vase innaturali esse peccatum mortale; et addit: «Alii autem tactus, qui fierent circa corpus mulieris, nisi et periculum pollutionis extra vas, vel [nota] pertineant ad sodomiam inchoatam vel aliam speciem contra naturam, sunt peccata ad summum venialia».

c) Pontius, loc. cit., n. 5, negat esse licitum, et aperte insinuat esse mortale, dicendo meram turpitudinem esse aliud asserere, et habenas laxare libidini.

d) Moya utique sub ficto nomine Guimenii in *Opusc., de Matr., propos. 5, n. 1*, scribit: «Sanchez eam [sententiam] retractavit, ut constat ex impressione Antverpiensi, anno 1614». At sane hoc nihil probat: Sanchez enim jam anno 1610 obierat; et ceteroquin in aliquibus etiam posterioribus editionibus, ut in Brixien. 1624, eadem sententia reperitur expressa.

917. - a) Holzmann, n. 458, dicit esse «saltem» veniale.

b) Croix, lib. 6, part. 3, n. 332, refert dumtaxat aliorum sententias.

c) Gersonius, quidquid dicit Sanchez, non



Ex justa causa, nullo peccatum.

Hinc communiter dicunt praefati auctores cum Concina<sup>1</sup>, conjuges minime peccare si mutent situm ex justa causa, nempe ob aegritudinem vel pinguetudinem viri, vel ob periculum abortus aut scandalii aliorum. Idque expresse dicit Angelicus<sup>2</sup>, ubi subdit: *Quandoque... sine peccato esse potest, quando dispositio corporis alium modum non patitur; alias, tanto est gravius quanto magis a naturali modo receditur.* — E converso conveniunt omnes (ut asserunt Sanchez<sup>3</sup>, Palaus<sup>4</sup>, Bossius<sup>5</sup>, etc.), quod si experientia constaret quod mutato naturali situ, nihil seminis femina retineret ob nimiam vasis laxitatem vel humiditatem, vel propter aliquam infirmitatem naturalem, ut ait Palaus<sup>4</sup>, tunc esset mortale. Secus vero dicit Sanchez, si non ex situ, sed ex aliquo morbo mulieris, talis effusio proveniret.

Quando sit mortale.

Quid, si pars seminis effundatur.

Dicunt autem Sanchez<sup>6</sup>, Pontius<sup>7</sup>, Palaus<sup>8</sup>; et Bossius<sup>9</sup> cum Perez, Hurtado<sup>10</sup> et Aversa, non esse mortale, si ob variationem situs pars tantum seminis decidat, reliquo intra vas retento sufficienti ad generationem. Quod dicunt Sanchez et Bossius aliquando evenire; imo fere semper evenire ajunt Palaus et Pontius<sup>7</sup>: qui testatur sic medicos asserere — Verum Salmant.<sup>10</sup> hanc opinionem vocant nimis laxam; quia (ut inquirunt) prodigere semen humanum sine rationabili causa non potest excusari a mortali. Caeterum dicunt ipsi Salmant.<sup>11</sup> ac Sanchez<sup>12</sup> et Sporer<sup>13</sup> cum Aversa, non teneri confessarium interrogare conjugem de hoc se accusantem, an semen effusum sit vel non; quia

<sup>1</sup> Diss. 4, cap. 9, n. 2. — <sup>2</sup> In 4, dist. 31, expos. text., i. f. — <sup>3</sup> Lib. 9, disp. 16, n. 5. — <sup>4</sup> Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 3, n. 1, i. f. — <sup>5</sup> De Effect. Matr., cap. 7, n. 171. — *Sanch.*, loc. cit., n. 5. — <sup>6</sup> Loc. cit., n. 5. — <sup>7</sup> Lib. 10, cap. 11, n. 3. — <sup>8</sup> Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 3, n. 1. — <sup>9</sup> De Effect. Matr., cap. 7, n. 171. — *Perez*, disp. 49, sect. 7, n. 12. — *Aversa*, qu. 21, sect. 5, v. *Secundo*. — *Sanch.*, loc. cit., n. 5. — *Boss.*, loc. cit. — *Palaus*, loc. cit. — <sup>10</sup> Tr. 9, cap. 15, n. 74. — <sup>11</sup> Loc. cit. — <sup>12</sup> Lib. 9, disp. 16, n. 5. — <sup>13</sup> Part. 4, cap. 2, n. 493. — *Aversa* (cit. a Salmant.), loc. cit., v. *Secundo*. — <sup>14</sup> Part. 3,

raro (ut ajunt) accidit semen effundi: et sic etiam ego pluries audivi ab eis qui apud me in confessione se accusabant praepostere coivisse. Eos vero qui coeunt stando vel sedendo, vel muliere incubata, puto esse in majori periculo semen effundendi. — Sed per hoc non audeo damnare sententiam Sanchezii, Pontii, Palai et aliorum (ut supra). Nam possent ipsi Salmanticensibus respondere quod sine justa causa prodigere semen, sive (ut melius Salmant. dicere debebant) permittere ut semen prodigatur, nunquam licet, quando semen extra vas uxoris effunditur: non vero quando intra immittitur, et per accidens, non autem ex ipso actu prodigitur; quia tunc matrix (ut dicunt auctores praefati) jam attrahit quod est sufficiens ad generationem, et reliquum tamquam superfluum expellit.

Utrum autem teneatur conjux reddere alteri petenti debitum situ innaturali sine justa causa? — Vide dicenda n. 946.

918. — Quaeritur 3<sup>o</sup>. *An peccent mortaliter conjuges, si incepta copula cohibeant seminationem?* — Respondetur:

Si conjuges ambo in hoc consentiunt, nec adsit periculum seminandi extra vas, id per se loquendo non est mortale. Illa enim penetratio vasis femine tunc reputatur instar tactus verendorum, qui inter conjuges permittitur; vel saltem non est mortalis, secluso periculo pollutionis. — Ita communiter S. Antoninus<sup>14</sup>, Pontius<sup>15</sup>, Palaus<sup>16</sup>, Laymann<sup>17</sup>, Bonacina<sup>18</sup>, Lessius<sup>19</sup>, Sporer<sup>20</sup>; Salmant.<sup>21</sup> cum Aversa et Dicastillo; Bossius<sup>22</sup> cum Filiuccio, Hurtado et Perez; ac Sanchez<sup>23</sup> cum Paludano,

tit. 1, cap. 20, § 6, v. f. — <sup>15</sup> Lib. 10, cap. 11, n. 9. — <sup>16</sup> Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 3, n. 3. — <sup>17</sup> Lib. 3, sect. 4, n. 19. — <sup>18</sup> Qu. 4, punct. 10, n. 16. — <sup>19</sup> Lib. 4, cap. 3, n. 55, v. *Secundo*. — <sup>20</sup> Part. 4, cap. 2, n. 490. — <sup>21</sup> Tr. 9, cap. 15, n. 82. — *Aversa*, qu. 21, sect. 5, v. *Tertio*. — *Dicast.*, disp. 9, dub. 7, n. 73; cfr. dub. 16, n. 182, 185 et 187. — <sup>22</sup> De Effect. Matr., cap. 9, n. 58. — *Fill.*, tr. 10, part. 1, cap. 9, n. 333. — *Gasp. Hurtad.*, disp. 10, diff. 5, n. 21. — *Perez*, disp. 49, sect. 9, n. 3. — <sup>23</sup> Lib. 9, disp. 19, n. 3. — *Palud.*, in 4, dist. 31, qu. 3, art. 2, concl. 5 (n. 15).

aliud facit, *Compend. theol.*, tr. 3, de *Sacr. Poenit.*, § *Cui facienda sit confessio*, quam ut aliorum sententias referat.

<sup>a</sup>) Palaus, loc. cit., dicit esse mortale, si haec effusio procedat ex aliqua infirmitate temporali feminae.

<sup>e</sup>) Gaspar Hurtadus, *disp. 10, diff. 5, n. 20*, id profecto refert, sed ex Pontio, quem non reprobatur.

<sup>f</sup>) Pontius, loc. cit., scribit: « Docent enim medici non totam seminis quantitatem in matrice retineri ».

Cohibere semen ex amborum consensu incepta copula, per se non mortale.

Si unus dissentiat, est mortale.

Ordinarie mortale propter periculum pollutionis.

Quid, si femina jam seminaverit.

Cajetano, Angelo, Sa, Armilla, Tabiena, etc. Dixi 1<sup>o</sup>. *Si ambo consentiunt.* Nam si alter se retrahit sine alterius consensu, certe graviter peccat; ut dicunt omnes<sup>a)</sup> auctores praefati. — Dixi 2<sup>o</sup>. *Per se loquendo.* Nam sapienter advertit Sanchez<sup>1</sup> cum Veracruz<sup>b)</sup>, id ordinarie esse mortale; quia ordinarie adest periculum ex tali retractione effundendi semen: nisi conjuges experti sint oppositum; quo casu tamen puto nullo modo posse eos excusari saltem a veniali, quidquid dicat Sanchez<sup>c)</sup> cum aliis.

Si vero femina jam seminaverit, vel sit in probabili periculo seminandi, non potest quidem vir data opera a seminatione se retrahere sine gravi culpa. Quia tunc ipse est causa ut semen uxoris prodigatur; ut communiter dicunt S. Antoninus<sup>2</sup>, Salmant.<sup>3</sup>, Holzmann<sup>d)</sup>; et Sanchez<sup>4</sup> cum Paludano, Cajetano, Angelo, Sa, et alii passim. — Hoc tamen non erit ita intrinsece malum, ut aliquo casu permitti non possit, puta si vir desisteret a copula ob periculum mortis vel scandalii aliorum. Tunc enim licite potest se retra-

*Cajetan.*, in 2<sup>ae</sup> 2<sup>ae</sup>, qu. 154, art. 11, i. f. — *Angel.*, v. *Debitum conjugale*, n. 27. — *Sa*, v. *Debitum conjugale*, n. 17. — *Armilla*, v. *Debitum conjugale*, n. 9. — *Tabiena*, v. *Luxuriosus*, n. 7, qu. 6, i. f. — <sup>1</sup> Lib. 9, disp. 19, n. 3, i. f. — <sup>2</sup> Part. 3, tit. 1, cap. 20, § 6, v. f. — <sup>3</sup> Tr. 9, cap. 15, n. 81. — <sup>4</sup> Loc. cit., n. 4. — *Palud.*, in 4, dist. 31, qu. 3, art. 2, concl. 5 (n. 15). — *Cajetan.*, in 2<sup>ae</sup> 2<sup>ae</sup>, qu. 154, art. 11, i. f. — *Angel.*, v. *Debitum conjugale*, n. 27. — *Sa*, v. *Debitum conjugale*, n. 17. — <sup>5</sup> Lib. 9, disp. 19, n. 6. — <sup>6</sup> Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 3, n. 3. — <sup>7</sup> Part. 3, tr. 4, resol. 227. — <sup>8</sup> De Effect. Matr., cap. 9, n. 60. — *Less.*, lib. 4, cap. 3, n. 55, v. *In actu*.

918. — <sup>a</sup>) Rectius dicitur: fere omnes.

<sup>b</sup>) Quin etiam Veracruz indicat esse semper mortale, quamvis non per se: « Verum mihi videtur, (ita ille *part. 3, art. 15, concl. 5*) quia difficile est actu incepto continere talem seminationem, tam ex parte viri quam ex parte feminae, propter periculum solum quod tales se exponunt, licet de se non sit mortale, esse tamen propter tale periculum ». Et paulo inferius: « Periculum tamen est tam verisimile, ut ex ipso fiat omnino damnabile ».

<sup>c</sup>) Sanchez, loc. cit., n. 3, i. f., postquam dixit frequenter esse mortale propter periculum, addit tantum: « Si autem experti sunt id periculum non inveniri, damnandi minime sunt ».

<sup>d</sup>) Holzmann, de *Matr.*, n. 452, dicit debitum conjugale recte persolvendum esse quoad substantiam sub mortali; et *num. 453*, ex hoc principio colligit « quod femina sub mor-

here, etiam cum periculo pollutionis; quia haec per accidens et praeter intentionem eveniret: et contra, non tenetur cum periculo tanti damni generationem procurare. Ita communiter Sanchez<sup>5</sup>, Palaus<sup>6</sup>, Diana<sup>7</sup>; Bossius<sup>8</sup> cum Lessio, Aversa et Perez; ac Salmant.<sup>9</sup> cum Cajetano<sup>e)</sup>, Dicastillo, Henriquez<sup>e)</sup>, etc.

Haec sunt certa apud omnes.

Si autem vir jam seminaverit, — Dubium fit: *an femina lethaliter peccet, si se retrahat a seminando; aut peccet lethaliter vir, non expectando seminationem uxoris?*

*Prima* sententia affirmat; et hanc tenent Aversa, Hurtadus et Ochagavia, apud Bossium<sup>10</sup>; et probabilem putat Diana<sup>11</sup>. Atque videntur cohaerere Tabiena et Armilla (apud Sanchez<sup>12</sup>): dum indistincte dicunt esse mortale, si, altero seminante, conjux a seminatione se retrahit. — Ratio, quia (ut ajunt) etiam semen mulieris active concurrat ad generationem; prout censent ex medicis Hippocrates, Galenus, Vallesius et Petrus de Peramato (apud Sanchez<sup>13</sup>). Et ex theologis, Suarez<sup>f)</sup>, ubi

*Aversa*, qu. 21, sect. 5, v. *Communis tamen*. — *Perez*, disp. 49, sect. 9, n. 5. — <sup>9</sup> Tr. 9, cap. 15, n. 81. — *Dicast.*, disp. 9, dub. 7, n. 74 et 75. — *Aversa*, loc. cit. — *Gasp. Hurtad.*, disp. 10, diff. 5, n. 21. — *Ochagav.*, de *Matr.*, tr. 5, qu. 2, n. 13. — <sup>10</sup> Loc. cit., n. 51 et 53. — <sup>11</sup> Part. 5, tr. 14, resol. 37. — *Tabiena*, v. *Luxuriosus*, n. 7. — *Armilla*, v. *Luxuria*, n. 5. — <sup>12</sup> Lib. 9, disp. 19, n. 5. — *Hippocr.*, lib. de *Genitura*. — *Galen.*, de *Usu partium corp. hum.*, lib. 14, cap. 7. — *Valles.*, *Controv. medic. et philos.*, lib. 2, cap. 6, post med. — *Petr. de Peramato*, lib. de *Semine*, § *Jamvero*, usque ad fin. — <sup>13</sup> Lib. 2, disp. 21, n. 11.

tali obligetur... expectare seminationem viri, quando ipsa prior seminavit... Quia semen muliebri se solo inutile est et insufficienti ad generationem prolis, propter quam, ceu finem primarium, copula inter conjuges est licita ». Quae vicissim innuunt virum non posse cohibere seminationem nec se retrahere si femina prior seminaverit.

<sup>e</sup>) Cajetanus, in 2<sup>ae</sup> 2<sup>ae</sup>, qu. 154, art. 1, v. *Ad 2 vero casum*; Henriquez, lib. 11, cap. 16, n. 7, non satis diligenter citantur a Salmant.; habent enim solum regulam generalem, non vero exceptiones appositas.

<sup>f</sup>) Suarez, in 3<sup>a</sup> P., tom. 2, disp. 10, sect. 1, v. *Ad primam ergo*, hanc sententiam probabilem existimat; quamvis enim dicat primo: « Si semen maternum simpliciter necessarium est ad concipiendum filium, consequenter dicendum esse B. Virginem per naturalem facultatem partem sanguinis in semen

Quid, si vir jam seminaverit.

ait: *Semen maternum simpliciter necessarium est ad concipiendum filium.* Item D. Bonaventura et Major<sup>f)</sup> apud Bossium<sup>1)</sup>; ac Cajetanus, Abulensis<sup>g)</sup> et plures alii apud Sanchez<sup>2)</sup>. — Et ipsi Sanchez et Bossius hanc opinionem satis probabilem putant; saltem (ait Bossius) semen mulieris juxta omnes valde confert prolis perfectioni, cum ad hoc saltem fuerit a natura institutum.

Secunda vero sententia communior negat; et hanc tenent Sanchez<sup>3)</sup>, Pontius<sup>4)</sup>, Bonacina<sup>5)</sup>; et Salmant.<sup>6)</sup> cum Cajetano<sup>h)</sup>, Henriquez, Dicastillo, Veracruz<sup>h)</sup>, etc. Hi contrario nituntur fundamento, nempe quod semen mulieris non est necessarium ad generationem; ut asserunt Aristoteles<sup>i)</sup>, Avicenna<sup>j)</sup>, Galenus (sibi contrarius), ac Hugo Senensis et Albertus Magnus, apud Sanchez<sup>7)</sup>: qui ait hanc esse sententiam communem theologorum, exceptis scotistis. — Nec obstare dicunt auctores hujus secundae sententiae, quod semen feminae conferat perfectioni prolis. Nam respondent<sup>j)</sup> quod non tenentur conjuges ad convenientiorem modum generandi; sed satis est si generationi non obstant.

Quamvis autem dicant praefati auctores, non teneri virum exspectare seminationem mulieris, si ipse jam seminaverit,

D. Bonav., in 3, dist. 4, art. 3, qu. 1. - <sup>1)</sup> Cap. 9, n. 51. - <sup>2)</sup> Cajetan., in 2<sup>ae</sup> 2<sup>ae</sup>, qu. 154, art. 12, v. *Ego autem.* - <sup>3)</sup> Lib. 2, disp. 21, n. 11. - *Sanch.*, loc. cit. - *Boss.*, loc. cit., n. 51. - *Boss.*, loc. cit. - <sup>4)</sup> Lib. 9, disp. 19, n. 5. - <sup>5)</sup> Lib. 10, cap. 11, n. 3. - <sup>6)</sup> Qu. 4, punct. 9, n. 16; cfr. punct. 6, n. 14. - <sup>7)</sup> Tr. 9, cap. 15, n. 80. - *Henriq.*, lib. 11, cap. 16, n. 7, i. f. - *Dicast.*, disp. 9, dub. 7, num. 70. - *Galenus*, de Natural. facult., lib. 2, cap. 3. - *Hugo Senen.*, Exposit. sup. libr. Tegni Galieni, lib. 2, § *Epatis vero calidi*, text. 1,

concedunt tamen ei posse continuare copulam, usque dum seminet femina; quia hoc pertinet ad complementum copulae uxoris, ut censent Pontius<sup>8)</sup> et Diana<sup>9)</sup>; Bonacina<sup>10)</sup> cum Cajetano; et Sanchez<sup>11)</sup> cum Tabiena et Graffio: — contra Henriquez (apud Bonacina<sup>12)</sup>), qui sentit, virum non teneri exspectare seminationem feminae; quia periculum est ut hoc pacto impediatur generatio. Quod non videtur satis probabile nec cohaerens; nam si adesset tale periculum, non debuisset dicere non teneri, sed non posse: quod nemo asserit, nemo enim hoc periculum supponit.

Sed redeundo ad primam quaestionem, esto secunda sententia sit quidem communior et probabilior (ut videtur); censeo tamen cum Bossio<sup>13)</sup> primam sententiam esse satis probabilem, et ideo in praxi tenendam. — Ratio, quia non licet sequi opinionem probabilem cum damno tertii. Cum autem hic agatur de damno prolis sive generationis, adversus naturam, quae jus habet ut non impediatur generatio, cum ad hoc instituerit actum conjugalem; propterea ubi est periculum impediendi generationem, non licet uti opinione probabilis: ubi enim (ut diximus *Lib. I, n. 42 et 52*) agitur, non de honestate actionis, sed de veritate rei, illicitum est sequi (ut omnes fatentur) opinio-

v. *Sed post haec.* - *Albert. Magn.*, de Animalib., lib. 5, tract. 1, cap. 1. - <sup>8)</sup> Lib. 9, disp. 17, num. 9. - <sup>9)</sup> Lib. 10, cap. 11, num. 3, v. f. - <sup>10)</sup> Part. 3, tract. 4, resol. 204. - <sup>11)</sup> Qu. 4, punct. 6, n. 14. - *Cajetan.*, in 2<sup>ae</sup> 2<sup>ae</sup>, qu. 154, art. 11, ad 5. - <sup>12)</sup> Lib. 9, disp. 17, num. 11. - *Tabiena*, v. *Luxuriosus*, n. 7, v. f. - *Graff.*, Decis. aur., part. 1, lib. 2, cap. 82, num. 15. - *Henriq.*, lib. 11, cap. 16, n. 7, i. f. - <sup>13)</sup> Loc. cit., num. 14. - <sup>14)</sup> De Effect. Matr., cap. 9, num. 52.

convertisse... Et haec sententia probabilis est, incerta tamen. Sed addit nihil esse « quod nos cogat ad dicendum illud esse simpliciter necessarium ad formationem prolis ». — Major pariter, in 3, dist. 4, qu. 1, probabile putat semen femineum active concurrere ad generationem; sed contrarium probabilius existimat.

g) Abulensis requirit quidem necessario semen femineum: *Paradoxa quinque, paradox. 1, cap. 48*; sed expresse ait esse « pure passivum ».

h) Cajetanus, loc. cit., art. 11, v. *Ad quintum dubium*, non bene citavit ad rem a Salmant.; ceterum, ut supra notavit S. Alphonsus, Cajetanus negat fundamentum hujus

opinionis. — Veracruz item, *part. 3, art. 15, concl. 5*, casum praesentem praetermittit, quinimo videtur admittere rationem qua fundatur prima sententia, scilicet, semen mulieris necessarium esse.

i) Aristoteles, de *Generat. animalium*, lib. 1, cap. 20, negat utique semen feminae inesse; sed paulo superius dixerat: « Genituram a femina non conferri ad generandum; tamen aliquid conferri; idque esse menstruum constitutionem aut proportionale in genere exsanguui ». — Avicenna autem, de *Animalib.*, lib. 9, cap. 8: « Materia mulieris quae dicitur, non habet in se virtutem generativam, sed passivam ut in ea fiat generatio ».

j) Sanchez ita respondet.

nem probabilem pro libertate, adversus aliam stantem pro lege.

Hinc, neque practice probabile puto id quod dicunt Sanchez<sup>k)</sup>, et Sporer<sup>1)</sup> cum Perez, Escobar<sup>l)</sup>, Dicastillo et Gobat<sup>m)</sup>, nimirum posse mulierem in actu coitus animum ad alia divertere, ne concitetur ad seminationem.

919. - An autem, si vir se retrahat post seminationem, sed ante seminationem mulieris, possit ipsa statim tactibus se excitare ut seminet?

Negant auctor Additionum ad Wiganadt<sup>2)</sup>; ac Diana et Rodriguez apud Bossium<sup>3)</sup>, adhaeretque Palaus<sup>4)</sup> (dicens id non esse licitum, si mulier posset se continere). — Ratio, quia semen mulieris non est necessarium ad generationem; item, quia effusio illa mulieris, utpote separata, non fit una caro cum viro.

Communius vero affirmant Wiganadt<sup>5)</sup>, Lessius<sup>6)</sup>, Bonacina<sup>7)</sup>, cum Sanchez<sup>a)</sup>, Potestà<sup>8)</sup>, Tamburini<sup>9)</sup>, Salmant.<sup>10)</sup> cum Dicastillo; Filliucci<sup>11)</sup>, Sporer<sup>12)</sup>; Bossius<sup>13)</sup> cum Aversa, Perez, Fagundes et Leandro; ac Elbel<sup>14)</sup> cum Clericato, Homobono, Diana<sup>b)</sup>, Gobat et Bosco; et non reprobant Concina<sup>15)</sup>. — Ratio: tum quia seminatio mulieris pertinet ad complendum actum conjugalem, qui consistit in seminatione utriusque conjugis; unde, sicut potest uxor tactibus se praeparare ad copulam, ita etiam potest actum copulae perficere. Tum quia, si mulieres post ta-

lem irritationem tenerentur naturam compescere, essent ipsae jugiter magno periculo expositae mortaliter peccandi; cum frequentius viri, quia calidiores, prius seminent. (Sed haec ratio non suadet. Nam si hoc permetteretur uxoris, deberet permitti etiam viris, casu quo mulier post suam seminationem se retraheret, et vir maneret irritatus; at doctores communiter dicunt id vitium esse viris; ut Sanchez<sup>16)</sup>, Wiganadt et Bonacina<sup>17)</sup>). Tum quia, ut plures sentiunt, seminatio mulieris est necessaria, vel saltem multum confert ad generationem: nihil enim a natura frustraneum agitur.

Quid de copula in loco sacro.

Omnis autem concedunt uxoris quae frigidioris sunt naturae, posse tactibus se excitare ante copulam, ut seminet in congressu maritali statim habendo. — Vide Concina<sup>18)</sup>.

920. - « VII<sup>o</sup>. Si in loco indebito, v. gr. « sacro, qui inde violetur, vel in loco publico ».

Vide dicta de hoc puncto *Lib. III, n. 458*, ubi diximus<sup>a)</sup> cum Navarro, Vasquez, Toletus, Azor, Coninck, Pontio, etc., quod, licet probabile sit, per copulam conjugalem occultam in ecclesia non committi sacrilegium, neque ecclesiam pollui; probabilius tamen est oppositum, nisi adsit necessitas, cum Suarez, Sanchez, Lessio, Bonacina, Holzmann, Croix, Salmant., etc. — Etsi, eo casu, non tenentur clerici ibi abstinere a divinis officiis celebrandis,

<sup>1)</sup> Part. 4, cap. 2, n. 491. - *Perez*, disp. 49, sect. 8, n. 3. - *Dicast.*, disp. 9, dub. 7, num. 69. - <sup>2)</sup> Tr. 16, num. 106. - *Diana*, part. 2, tract. 17, resol. 38, i. f. - *Rodrig.*, Sum. hispan., tom. 3, cap. 88, num. 4. - <sup>3)</sup> De Effect. Matr., cap. 9, n. 54. - <sup>4)</sup> Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 3, n. 6. - <sup>5)</sup> Tr. 16, num. 103. - <sup>6)</sup> Lib. 4, cap. 3, num. 94, v. *Hinc patet.* - <sup>7)</sup> Qu. 4, punct. 6, num. 15. - <sup>8)</sup> Tom. 1, n. 4310. - <sup>9)</sup> Decal., lib. 7, cap. 3, § 5, n. 18. - <sup>10)</sup> Tr. 9, cap. 15, n. 80. - *Dicast.*, disp. 9, dub. 7, n. 71. - <sup>11)</sup> Tr. 10, part. 1, n. 330. - <sup>12)</sup> Part. 4, cap. 2, n. 491. - <sup>13)</sup> Loc. cit., n. 55. -

*Aversa*, qu. 21, sect. 5, v. *Communis tamen.* - *Perez*, disp. 49, sect. 8, n. 4. - *Fagund.*, Decal., lib. 6, cap. 3, n. 21. - *Leand.*, tr. 9, disp. 25, qu. 41. - <sup>14)</sup> De Matr., num. 425. - *Clericat.*, Erotemat., cap. 145, n. 83; et de Matr., decis. 38, n. 23. - *Homob.*, Exam. eccles., tr. 7, cap. 28, qu. 116, ad 4. - *Gobat*, tr. 10, part. 2, n. 589. - *Bosco*, de Matr., disp. 12, sect. 15, n. 576. - <sup>15)</sup> De Matr., diss. 4, cap. 9, a n. 11. - <sup>16)</sup> Lib. 9, disp. 17, n. 12 et 13 (*at.*, n. 13 et 14). - *Wiganadt*, tr. 16, n. 103, i. f. - <sup>17)</sup> Qu. 4, punct. 6, n. 15, i. f. - <sup>18)</sup> Loc. cit., n. 13.

k) Sanchez, lib. 9, disp. 19, n. 5, dicit esse veniale tantum; idemque tenent Escobar, lib. 26, de *Debito*, n. 78; et Gobat, tr. 10, de *Matr.*, part. 2, n. 592, quamvis hi duo a Sporer citentur, uti refert S. Alphonsus.

919. - a) Sanchez id utique dicit, lib. 9, disp. 19, n. 12, in quibusdam editionibus, apud me edit. Brixien. 1624; in aliis vero expunctum est, ut in Veneta 1693.

b) Diana male citatur ab Elbel pro hac sententia; expresse enim eam respuit *part. 2,*

tr. 17, resol. 38, ubi, relata opinione Emmanuelis Rodriguez negantis esse licitum, et deinde opinionem Sanchezii asserentis licitum esse, concludit: « His tamen non obstantibus, ego puto non esse recedendum a prima sententia Rodriguez ». Et iterum adhaeret sententiae negativae, *part. 9, tr. 8, resol. 31*. Cfr. etiam *part. 10, tr. 13, resol. 42*.

920. - a) Sed vide ad dictum *num. 458* notam d et seqq. pro citationibus auctorum, quarum quaedam explicationem requirunt.

nisi concubitus ille habitus publicetur (ut dicunt iidem auctores, et probatur in hoc *Lib. VI, n. 364*). Quia ecclesia non censetur polluta quoad celebrationem officiorum, nisi crimen sit notorium notorietate facti.

921. - « VIII<sup>o</sup>. Si, absque urgente causa, « fiat tempore indebito.

« 1<sup>o</sup>. In magna solemnitate, ut Paschae, « vel pridie communionis. — Vide Perez<sup>1</sup>.

« 2<sup>o</sup>. Quando uxor est gravida, saltem « si sit periculum abortus. Navarrus<sup>a)</sup>, « Silvester, Sanchez, Coninck, Filiucius<sup>2</sup>. — Hoc enim si non sit, non erit « saltem mortale, quod enim tunc fine « suo frustretur semen, non sequitur per « se ex actu. Unde Diana<sup>3</sup> et Coninck<sup>4</sup> « nullum peccatum agnoscunt<sup>b)</sup>.

« 3<sup>o</sup>. Quando uxor laborat fluxu men- « struo. — Quod tamen non esse mortale « (contra Azor) docet Sanchez<sup>5</sup>. Imo aliqui « apud Diana<sup>6</sup> (ut Pontius<sup>7</sup>) docent, nec « veniale esse si periculum urgeat: quod « Sanchez<sup>c)</sup> docet esse probabile. Addit- « que Martinus Perez<sup>8</sup>, si ob finem hone- « stum fiat, nullum esse; et teneri reddere « debitum uxorem, si maritus exigit<sup>d)</sup> ».

922. - Quaeritur 1<sup>o</sup>. *An liceat conjugii coire die communionis?*

Vide quae fusius diximus hoc *Lib., n. 273 et 274*, ubi tenuimus esse veniale accedere ad Eucharistiam die copulae habitae ob voluptatem: nisi excuset aliqua rationabilis causa. — Si vero copula est habitata causa procreandae prolis, vel etiam incontinentiae vitandae<sup>a)</sup>: tunc est

solum consilii a communione abstinere, ex can. *Vir cum propria 7, caus. 33, qu. 4*. — Et sic pariter est consilii abstinere die quo conjux reddidit debitum: a quo autem reddendo, ordinarie loquendo, propter communionem non potest eximi; nam aliquando potest honestis precibus resistere.

Quid autem debeat confessarius respondere conjugii interroganti an teneatur reddere die communionis? — Vide dicta *n. 274, v. Quid*.

Post vero communionem sumptam nullum est peccatum reddere. — An autem petere? Alii dicunt esse veniale; alii nullum. Vide *ibid.*; *v. Die autem b)*.

923. - Quaeritur 2<sup>o</sup>. *An in diebus festivis, vel jejuniis aut rogationum, sit illicitus actus conjugalis?* — Commune est non esse vetitum tunc debitum reddere; cum D. Thoma<sup>9</sup>, ubi dicit: *Cum mulier habeat potestatem in corpore viri... et e converso; tenetur unus alteri debitum reddere quocumque tempore et quacumque hora*.

An autem sit vetitum petere?

Prima sententia affirmat. Et hanc tenent D. Thomas<sup>10</sup>, S. Antoninus<sup>11</sup>, Concina<sup>12</sup>; item Magister Sententiarum, Albertus Magnus, Paludanus, Gersonius, Silvester, Tabiena, etc., apud Sanchez<sup>13</sup>. — Hoc tamen sub culpa veniali, ut ait D. Thomas cum aliis: non vero sub mortali, ut aliqui improbabiler tenent apud Sanchez; quia tempus sacrum non est circumstantia (ratio S. Doctoris) trahens

cap. 8, num. 10. — *Magist. Sent.*, lib. 4, dist. 32, num. 3. — *Albert. Magn.*, in 4, dist. 31, art. 23. — *Palud.*, dist. 32, qu. 1, art. 3, concl. 1 (n. 11). — *Gerson.*, Compend. theol., tract. 3, de Sacram. conjugii, § *An tempore et loco, etc.* — *Silvest.*, v. *Debitum*, n. 13, qu. 11. — *Tabiena*, v. *Matrimonium III*, num. 9, qu. 8. — <sup>12</sup> *Lib. 9, disp. 12, num. 3.* — *S. Thom.*, loc. cit., qu. 64, art. 6. — *Sanch.*, loc. cit., num. 2.

Reddere debitum die festo vel jejunii etc., licitum.

Petere est veniale, iuxta alios.

<sup>1</sup> Disp. 49, sect. 3. — *Silvest.*, v. *Debitum conjugale*, qu. 5. — *Sanch.*, lib. 9, disp. 22, a num. 1. — *Coninck*, disp. 34, dub. 9, n. 77 et 78. — <sup>2</sup> Tr. 10, part. 1, n. 337. — <sup>3</sup> Part. 3, tr. 4, resol. 204. — <sup>4</sup> Loc. cit. — *Azor*, part. 3, lib. 3, cap. 31, qu. 13. — <sup>5</sup> *Lib. 9, disp. 21, n. 5, 7 et 8.* — <sup>6</sup> Loc. cit. — <sup>7</sup> *Lib. 10, cap. 14, n. 5 et 6.* — <sup>8</sup> Disp. 49, sect. 3, n. 13 et 14. — <sup>9</sup> *Suppl.*, qu. 64, art. 7. — <sup>10</sup> *Loc. cit.*, art. 5. — <sup>11</sup> Part. 3, tit. 1, cap. 20, § 11. — <sup>12</sup> *Diss. 4,*

921. - <sup>a)</sup> Navarrus, *Man.*, cap. 16, n. 25, negat teneri ad reddendum debitum « quando probabiliter timeret incurrere... abortiendi periculum... »: quod satis innuit tunc non legitime peti.

<sup>b)</sup> Quando scilicet nullum adest periculum abortus; quod periculum credit Coninck vix unquam accidere posse.

<sup>c)</sup> Quin etiam Sanchez, *lib. 9, disp. 21, n. 7*, id absolute docet.

<sup>a)</sup> Clarius: Perez negat esse veniale extingere ob debitum finem; praeterea, si maritus (sive venialiter sive non) exigit, uxorem teneri reddere.

922. - <sup>a)</sup> Canon *Vir cum propria* non loquitur de copula habitata propter vitandam incontinentiam. Vide textum dicto *n. 273* hujus libri.

<sup>b)</sup> Sed vide etiam ibi notam *h*, ex *Hom. apost.*

in aliam speciem peccati: unde non potest in infinitum aggravare. Rationem autem cur sit veniale, assignat idem Angelicus, dicens: *Actus matrimonialis, quamvis culpa careat, tamen, quia rationem deprimit propter carnalem delectationem, hominem reddit ineptum ad spiritualia. Et ideo in diebus in quibus praecipue spiritualibus est vacandum, non licet petere debitum.*

Communius negatur esse illicitum.

Secunda vero sententia communior negat esse illicitum. Et hanc tenent Sanchez<sup>1</sup> cum S. Bonaventura<sup>a)</sup>, Scoto<sup>b)</sup>, Cajetano, Armilla, Soto<sup>c)</sup>, Angelo, Valentia<sup>d)</sup>, etc.; item Pontius<sup>2</sup>, Palaus<sup>3</sup>, Bonacina<sup>4</sup>; Salmant.<sup>5</sup> cum Henriquez<sup>c)</sup>, Dicastillo, Coninck, Aversa, Ledesma, etc.; ac Bossius<sup>6</sup> cum Azor, Reginaldo, Filiuccio, Perez, etc. — Ratio, quia id non habetur vetitum ullo jure: non divino, quia in festis sola opera servilia prohibentur; non ecclesiastico, quia diebus festivis et jejuniis, non obstante congressu maritali, bene possunt conjuges servare ea quae sunt de praeepto. — Quod si

<sup>1</sup> *Lib. 9, disp. 12, n. 5.* — *Cajetan.*, Sum., v. *Matrimonii peccata*, § *Septimum caput.* — *Armilla*, v. *Debitum conjugale*, num. 10. — *Angel.*, v. *Debitum*, n. 29. — <sup>2</sup> *Lib. 10, cap. 9.* — <sup>3</sup> *Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 4, n. 5.* — <sup>4</sup> *Qu. 4, punct. 6, n. 30.* — <sup>5</sup> *Tr. 9, cap. 15, n. 58.* — *Dicast.*, disp. 9, dub. 3, n. 17 et 18. — *Coninck*, disp. 34, dub. 9, n. 75. — *Aversa*, qu. 21, sect. 6, v. *Secundo...* *Absolute tamen.* — *Petr. Ledesma*, qu. 64, art. 7, v. *Circa istos articulos notandum I<sup>o</sup>.* — <sup>6</sup> *De Effect. Matr.*, cap. 7, n. 84. — *Azor*, part. 3, lib. 3, cap. 31, qu. 7. — *Regin.*, lib. 31, n. 346. — *Fili.*, tr. 10, part. 1, cap. 9, n. 323. — *Perez*, disp. 49, sect. 3, n. 3 et 5. — *Sanch.*, lib. 9, disp. 12, n. 5. — *Gloss.* in can.

canones et SS. Patres videntur iis diebus expresse prohibere usum conjugii, dicunt praefati auctores id intelligi de consilio, non de praeepto: ut multis nititur probare Sanchez cum Glossis in canones et aliis interpretibus.

924. - Quaeritur 3<sup>o</sup>. *An liceat coire conjugibus tempore praegnationis?*

Commune est id non esse mortale, nisi adsit periculum abortus. — Ita omnes cum Sanchez<sup>7</sup>, Pontio<sup>8</sup>, Palao<sup>9</sup>, Salmant.<sup>10</sup>, Roncaglia<sup>11</sup> et Bossio<sup>12</sup>; ex D. Augustino<sup>13</sup>, ubi: *Conjugalis enim concubitus generandi gratia non habet culpam: concupiscentiae vero satiantur, sed tamen cum conjugum propter tori fidem, venialem habet culpam.* Idem docet D. Ambrosius<sup>14</sup>; ibi: *At vero homines nec conceptis nec Deo parant: illos contaminant, hunc exasperant. Nota t<sup>o</sup> contaminant; ergo supponit S. Doctor periculum abortus. — Idem D. Hieronymus<sup>15</sup>: Postquam uxorem venter intumuerit, non perdant filios.* Item D. Thomas<sup>16</sup>; ibi: *Ideo Hieronymus vituperat accessum viri ad uxorem impra-*

Coire tempore praegnationis, per se non lethale.

*Proposuit*, dist. 82, ad v. *Praeeptis*; in can. *Si causa*, caus. 33, qu. 4, ad v. *Concessum*; in can. *Frates* *ibid.*, et can. *Christiano*, *ibid.*, ad v. *Non licet*, et v. *A licitis.* — <sup>7</sup> *Lib. 9, disp. 22, n. 3.* — <sup>8</sup> *Lib. 10, cap. 14, n. 7.* — <sup>9</sup> *Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 4, n. 12.* — <sup>10</sup> *Tr. 9, cap. 15, n. 78.* — <sup>11</sup> *Tr. 21, qu. ult., quaestiuic. 3, resp. 2.* — <sup>12</sup> *De Effect. Matr.*, cap. 9, n. 33. — <sup>13</sup> *De Bono conjugali*, cap. 6, n. 6; Migne, *Patrol. lat.*, tom. 40, col. 377-378. — <sup>14</sup> *Exposit. in Luc.*, lib. 1, n. 44; Migne, *Patrol. lat.*, tom. 15, col. 1551. — <sup>15</sup> *Advers. Jovinian.*, lib. 1, num. 49; Migne, *Patrol. lat.*, tom. 23, col. 281. *Cfr. can. Origo 5, caus. 32, qu. 4.* — <sup>16</sup> *In 4, dist. 31, Exposit. text.*

923. - <sup>a)</sup> S. Bonaventura, *in 4, dist. 32, art. 3, q. 2*, ita docet in *resp. ad 6*, quamvis in *corp. art.* contrarium tenuerit. Nam in corpore articuli dicit: « Peti... [in illis diebus] non potest sine culpa; et si aspectus sit ad delectationem, gravis est culpa; si autem ad lubricum carnis et suam infirmitatem, cujus est conscius, vel conscientia vehementer timet, et propter hoc petit, veniale potest esse peccatum; attamen vix contingit quod in praecipuis diebus non sit grave peccatum ». Iterum, in *resp. ad 4*, dicit coitum iis diebus esse excessum « ex parte petentis; si tamen propter periculum faciat, non est excessus mortalis, sed venialis ». His autem dictis, in *resp. ad 6* ait cessationem ab amplexu diebus festis esse « consilium », et sic concludit: « Concedendum est istud esse magis congruitatis et honestatis quam necessitatis ».

<sup>b)</sup> Scotus, *dist. 32, ad 3*, loquitur de red-

ditione debiti; sed a Sanchez citatur pro petitione.

<sup>c)</sup> Sotus, *in 4, dist. 32, qu. un., art. 3, post concl. 2*, distinguit, et dicit veniale esse petere « diebus solemnitate quae sunt praecipuae ». Pro diebus vero qui non sunt tantae solemnitatis et diebus jejuniis, ait: « Fortasse [SS. Patres] non tam praeepta insinuare volunt quam salutaria monita »; praeterea id non amplius servatur, ideoque « nescio an illa de causa petitio debiti sit culpae tribuenda ». — Henriquez etiam, *lib. 11, cap. 16, n. 5*, quamvis a Salmant. simpliciter citetur, eandem distinctionem ponit, dicens esse veniale petere diebus solemnioribus, secus vero ceteris diebus jejuniis.

<sup>d)</sup> Valentia a Sanchez citatur pro ratione propositionis dumtaxat, scilicet unicuique canonis Decreti eam auctoritatem reddendam esse, quae auctori ejus tribuitur; quod quidem

gnatam, non tamen ita quod semper sit peccatum mortale, nisi forte quando probabilius timetur de periculo abortus.

Censent autem Silvester, Angelus et Tabiena, apud Sanchez<sup>1</sup>, adesse periculum abortus, si copula habeatur circa initium conceptionis; quia ex novo coitu materia illa nondum plene formata facile dispergitur: nam licet matrix post conceptionem statim claudatur, tamen, ut ait Avicenna<sup>a)</sup>, ex vehementi delectatione coitus irritata, aliquando aperitur, et materia effunditur. — Hoc tamen non obstante, dicunt Pontius<sup>b)</sup>, Palaus<sup>2</sup>; Sanchez<sup>3</sup> cum Angelo et Silvestro (contra Tabiena); ac Bossius<sup>4</sup> cum Filiuccio<sup>c)</sup>, Hurtado, Perez et Raynaudo, quod coire cum tali periculo non reputatur mortale; quia (ut ajunt Sanchez et Bossius) cum materia non sit adhuc formata, et conjuges dent operam rei licitae, utendo jure suo, (modo abortum non intendant), damnum illud non est tantum ut lethalem constituat culpam. Sed haec ratio mihi non probatur; quia, cum per copulam noceatur vitae vel formationi prolis, conjux tunc non habet jus ad copulam. — Potius videtur dicendum non adesse tale periculum; quia, ut dicunt idem Sanchez<sup>5</sup>, Palaus<sup>6</sup>, Bossius<sup>7</sup>; Holzmann<sup>8</sup> cum Ill-

Secus, si sit periculum abortus.

Raro adest periculum.

Silvest., v. *Debitum conjugale*, n. 8, qu. 5. - Angel., v. *Debitum*, n. 83. - Tabiena, v. *Matrimonium III*, n. 6, qu. 5. - <sup>1</sup> Lib. 9, disp. 22, n. 1. - <sup>2</sup> Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 4, n. 11. - <sup>3</sup> Loc. cit., n. 1. - Angel., loc. cit. - Silvest., loc. cit. - Tabiena, loc. cit. - <sup>4</sup> Cap. 9, n. 29. - Gasp. Hurtad., disp. 10, diff. 3, n. 11. - Perez, disp. 49, sect. 3, n. 15. - Theophil. Raynaud., de Ortu infant., cap. 11, num. 12. —

significat Valentia, tom. 3, disp. 6, qu. 6, punct. 6, v. *Hinc sequitur: deceptum*, ubi refert quemdam canonem decreti, et dicit: « Is canon... non obligat universaliter, cum sit tantum Basilii, neque approbatus sit ab aliquo Pontifice aut concilio ».

924. - a) Avicenna, de *Animal*, lib. 9, cap. 6, hoc tantum habet: « Quando impraegnata est mulier... clauditur ejus [uteri] orificium, et nihil exit ». Quae vero adduntur, videntur esse ex ipso Sanchez.

b) Pontius, quod sciam, non aliquid habet, loc. cit., n. 7, nisi mortale esse coire cum periculo abortus.

c) Filiucci, quidquid dicat Bossius, haec dumtaxat, tr. 10, part. 1, cap. 9, n. 337, scribit: « Tempore praegnationis, si sit periculum abortus, est peccatum mortale petere aut red-

derere; et Bonacina<sup>9</sup> cum Coninck et Reginaldo<sup>d)</sup>, communiter non adest tale periculum: dum matrix, recepto semine, arctissime constringitur, nec ordinarie reseratur per coitum (ut tradunt ipse Avicenna<sup>e)</sup> et Valverde<sup>e)</sup>, apud Bossium<sup>10)</sup>, cum conjuges indiscriminatim accedant, et tamen abortus non succedunt. Unde ait Bossius quod usquedum non constet experientia, aliquam uxorem ex coitu pluries fetum emisisse, non est praesumendum periculum abortus<sup>f)</sup>.

Tanto minus autem adest tale periculum, si habeatur copula tempore proximo partui, ut perperam aliqui dixerunt, putantes tunc exponi prolem discrimini suffocationis. Nam verius (ut ait Bossius<sup>11</sup> cum Raynaudo) fetus humanus ita secundinis involvitur, ut eum non possit semen contingere. — Hinc ait Petrocorensis<sup>12</sup> periculum abortus non ita facile praesumendum; et ideo non esse vexandos conjuges importunis interrogationibus ut absterneant tempore praegnationis: *Quae enim (ait) spes eos a concubitu avocandi? et quale non timendum periculum, si in sua bona fide perturbentur?*

Utrum autem, *secluso periculo abortus, sit culpa venialis habere coitum* s) cum praegnantie?

Sanch., lib. 9, disp. 22, n. 1, i. f. - Boss., de Effect. Matrim., cap. 9, n. 29. - <sup>5</sup> Loc. cit., n. 7. - <sup>6</sup> Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 4, n. 11. - <sup>7</sup> Loc. cit. - <sup>8</sup> De Matr., n. 463. - Ills., de Matr., n. 132. - <sup>9</sup> Qu. 4, punct. 6, n. 12. - Coninck, disp. 34, n. 77. - <sup>10</sup> Cap. 9, n. 29. - Boss., loc. cit. - <sup>11</sup> Loc. cit., n. 30. - Rayn., de Ortu infant., cap. 11, n. 13, i. f. (al., cap. 6, n. 14). - <sup>12</sup> De Matr., cap. 11, qu. 2, v. *Quartus casus*.

dere; si non sit, communiter censent esse veniale ».

d) Reginaldus non satis accurate citatur a Bonacina; oppositum enim docet, lib. 31, n. 286, ubi scribit: « Quinta causa [quae excusat a redditione debiti] est periculum abortus, quod in coagulatione contingit potissimum, et quando propinquus est partus... Talique periculo... exponere se, est peccatum mortale ».

e) Scilicet Avicenna, loc. cit.; Valverde, *La anatomia del corpo umano*, lib. 3, cap. 14, i. f., dicunt uterum arctissime constringi in feminis praegnantibus.

f) Seu rectius: Non est praesumendum periculum aperiitionis.

g) S. Alphonsus videtur movere hoc dubium de *petitione* debiti, ut patet ex plerisque citatis auctoribus.

Coire cum praegnan- te, juxta alios, veniale.

Juxta alios, nec veniale.

Juxta S. Doctorem, sine causa, veniale.

Affirmant D. Antoninus<sup>1</sup>; item Sotus, Paludanus, Alensis, Palacios, etc., apud Sanchez<sup>2</sup>. Quia stante fetu concepto, frustratur semen suo fine generationis. Idque confirmant ex auctoritate plurium SS. Patrum. — Negant vero Sanchez<sup>3</sup> cum Gabriele et Henriquez; Bonacina<sup>4</sup> cum Filiuccio<sup>h)</sup>, Palaus<sup>5</sup>, Roncaglia<sup>6</sup>, Holzmann<sup>7</sup>, Elbel<sup>8</sup>; et Salmant.<sup>9</sup> cum Dicastillo, Aversa et Diana. Tum quia nullibi habetur id per se esse vetitum; tum quia esset onus gravissimum, et res exposita innumeris periculis peccandi venialiter, si conjuges tenerentur tamdiu abstinere ab usu conjugii, manendo in eodem toro. Respondent autem ad rationem oppositam, quod ut coitus sit licitus in matrimonio, sufficit ut per se actus sit ad generationem idoneus: quod autem ipsa non eveniat, per accidens se habet.

Caeterum mihi arridet sententia, quam tenent Pontius<sup>10</sup>, Azor<sup>11</sup>; Bossius<sup>12</sup> cum Gulielmo Parisiensi<sup>i)</sup>, Perez, Coninck, Barbosa, Filiuccio<sup>h)</sup>, Hurtado, Aversa, etc. (et huic se adnectunt etiam Palaus<sup>13</sup> et Roncaglia<sup>14</sup>), nempe, quod coitus cum praegnan- te non potest excusari a culpa veniali, nisi adsit periculum incontinentiae vel alia honesta causa<sup>j)</sup>; juxta dicta n. 882, Dub. 1, et 883.

<sup>1</sup> Part. 3, tit. 1, cap. 20, § 4. — Sotus, in 4, dist. 31, qu. unic., art. 3, i. f. - Palud., in 4, dist. 32, qu. 1, art. 3, concl. 2 (n. 12). - Alens., Sum., part. 2, qu. 147<sup>bis</sup> (al., qu. 149), membr. 2, ad 5, v. *Ad illud vero*. - Mich. de Palacios, in 4, dist. 31, disp. 2, v. *Haec sunt argumenta*. - <sup>2</sup> Lib. 9, disp. 22, n. 4. - <sup>3</sup> Loc. cit., n. 6. - Gabr. Biel, Suppl. in 4, dist. 32, qu. unic., art. 2, post concl. 11, v. *Ad tempus potest*. - Henrig., lib. 11, cap. 15, n. 7, lit. r. - <sup>4</sup> Qu. 4, punct. 6, n. 11. - <sup>5</sup> Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 4, n. 12. - <sup>6</sup> Tr. 21, qu. ult., quaestione 3, resp. 2; cfr. qu. 2, cap. 1, qu. 2, resp. 2. - <sup>7</sup> De Matr., n. 463. - <sup>8</sup> De Matr., n. 390. - <sup>9</sup> Tr. 9, cap. 15, n. 78. - Dicast., disp. 9, dub. 3, n. 30. - Aversa, qu. 21, sect. 6, v. *Sexto*. - Diana, part. 3, tr. 4, resol. 204. —

h) Filiucci, tr. 10, part. 1, n. 337, non satis sibi consentit. In nota enim marginali habetur: « Non est peccatum cum mulier est praegnan- s. ». In textu vero: « Communiter censent esse veniale, quia nulla adest prohibitio, et alioqui esset magnum onus virorum, cum uxor magna ex parte temporis matrimonii gravida sit ». Quae sane rationes, praesertim prima, probant nullum esse peccatum.

i) Gulielmus Beaufet, episc. Parisiensis, de *Septem. Sacram. libell.* (dialogist.), cap. 27, male citatur a Bossio, scribit enim: « Si de-

925. - Quaeritur 4°. *An licitum sit conjugibus coire tempore menstrui?*

Hic praenotandum quod fluxus mulieris alius est naturalis et ordinarius; et iste proprie dicitur menstruus, quia communiter singulis mensibus solet in feminis accidere, et durat ut plurimum per duos vel per tres dies. — Alius, *extraordinarius*, proveniens ex aliquo morbo diuturno, qui aliquando durat usque ad duodecim dies et ultra.

Tempore fluxus *extraordinarii*, certum est licere tam reddere quam petere. — Ita communiter Sanchez<sup>15</sup>, Pontius<sup>16</sup>, Holzmann<sup>17</sup>, Salmant.<sup>18</sup>; et Bossius<sup>19</sup> cum Azor, Rebello, Filiuccio, Hurtado, etc.; ex D. Thoma<sup>20</sup>, ubi expresse hoc docet, et rationem adducit, dicens: *In fluxu... menstruorum innaturali, non est prohibitum ad... menstruatam accedere in lege nova: tum propter infirmitatem, quia mulier in tali statu concipere non potest; tum quia talis fluxus est perpetuus et diuturnus, unde oporteret quod vir perpetuo abstineret.*

Tempore autem fluxus naturalis, ad sunt tres sententiae:

Prima damnat coitum de mortali. Et hanc tenet idem D. Thomas<sup>21</sup>, ubi dicit, tempore hujus menstrui peccare mortaliter tam virum voluntarie petentem, quam

<sup>10</sup> Lib. 10, cap. 14, n. 7. — <sup>11</sup> Part. 3, lib. 3, cap. 31, qu. 14. — <sup>12</sup> Cap. 9, num. 36. - Perez, disp. 49, sect. 3, num. 17. - Coninck, disp. 34, n. 77. - Barbos., Collect. in Decr. Gratiani, in cap. *Si causa*, caus. 83, qu. 4. - Gasp. Hurtad., disp. 10, diff. 3, n. 13. - Aversa, qu. 21, sect. 6, v. *Sexto*. — <sup>13</sup> Loc. cit. — <sup>14</sup> Loc. cit. — <sup>15</sup> Lib. 9, disp. 21, n. 1. — <sup>16</sup> Lib. 10, cap. 14, n. 5. — <sup>17</sup> De Matr., n. 462. — <sup>18</sup> Tr. 9, cap. 15, num. 76. — <sup>19</sup> Cap. 9, num. 13. - Azor, part. 3, lib. 3, cap. 31, qu. 13. - Rebello, part. 2, lib. 3, qu. 19, n. 12. - Fill., tract. 10, part. 1, n. 336. - Gasp. Hurtad., disp. 10, diff. 3, num. 9, v. *Tertio*. — <sup>20</sup> In 4, dist. 32, qu. unic., art. 2, solut. 2. — <sup>21</sup> In 4, dist. 32, qu. un., art. 2, sol. 3, ad 1.

bitum posset reddi sine periculo abortus, potest vir ab uxore sua praegnan- te debetum petere et reddere, quia usus matrimonii licitus non solum est in officium, sed etiam in remedium contra incontinentiae casum ».

j) Hinc non videtur differre haec a secunda sententia; et re quidem vera, auctores citati fere omnes negant simpliciter esse veniale petitionem debiti tempore praegnationis, quia scilicet actus conjugii potest ordinari non solum ad procreationem prolis, sed etiam ad alios honestos fines.

Fluxus menstruus ordinarius et extraordinarius.

Tempore menstruus extraordinarii, petere et reddere, licitum.

Tempore ordinarii, juxta alios, reddere aut petere, lethale.

uxorem voluntarie reddentem; excipit si mulier quasi coacta debitum redderet. Eadem sententiam tuentur S. Bonaventura, Alensis<sup>a)</sup>, Scotus, Tabiena<sup>b)</sup>, Palacios<sup>c)</sup>, etc., apud Bossium<sup>1</sup>. — Probatur 1<sup>o</sup>. Ex Levit. cap. xx, v. 18, ubi dicitur: *Qui coierit cum muliere in fluxu menstruo, et revelaverit turpitudinem ejus, ipsaque aperuerit fontem sanguinis sui, interficientur ambo*. Objiciunt huic Sanchez<sup>2</sup> et Bossius<sup>3</sup> quod lex illa fuit caeremonialis, et ideo non obligat in lege evangelica. Sed respondet D. Thomas<sup>4</sup>, quod, licet illud praeceptum fuerit caeremoniale quoad immunditiam, fuit tamen morale quantum ad *nocumentum* (verba S. Doctoris) *quod in prole ex hujusmodi commixtione frequenter sequebatur*. — Probatur 2<sup>o</sup>. Ex *can. fin. dist. 5*, ubi Gregorius Papa: *Cum et sine partus causa, cum (uxores) in consuetis menstruis detinentur, viris suis misceri prohibeantur*. — Probatur 3<sup>o</sup>. Ratione: tum quia proles eo tempore nascitura exponitur periculo nascendi leprosa et monstruosa; tum quia adest periculum semen frustra effundendi, cum raro vel nunquam eo tempore mater sit apta conceptioni.

*Secunda* sententia, totaliter opposita, dicit accessum ad menstruatam omni culpa carere. Hanc tenent Glossa in *can. Si causa, v. Conceptus, caus. 33, qu. 4*; item Perez, Filliucius et Hurtadus, apud Bossium<sup>5</sup>: eamque Sanchez<sup>6</sup> putat aequè probabilem ac tertiam, quam mox referemus. Ratio, quia hodie id nullo jure

S. Bonav., in 4, dist. 32, dub. 4, v. f.; et art. 3, qu. 1. - Scot., in 4, dist. 32, qu. unic., v. *Consimiliter majori*. - <sup>1</sup> De Effect. Matr., cap. 9, n. 16. - <sup>2</sup> Lib. 9, disp. 21, n. 2. - <sup>3</sup> Loc. cit., n. 16 et 22. - <sup>4</sup> Loc. cit., solut. 2, in princ. - Perez, disp. 49, sect. 3, n. 11. - Fill., tr. 10, part. 1, n. 336. - Gasp. Hurriad., disp. 10, diff. 3, n. 10. - <sup>5</sup> Loc. cit.,

prohibetur. — *Non divino*; cum lex Levitici, adveniente lege nova, jam cessaverit. Nec ob stare dicunt quod prohibitio illa non cessavit, quatenus fuit moralis propter vitandum damnum prolis. Nam respondent quod testatur S. Hieronymus<sup>7</sup> rationem prohibitionis in Levitico fuisse, quia illo tempore, ob sanguinem femineum infectum ex coitu, fetus leprosi et elephantiaci nascebantur: sed hodie incertum est adesse tale damnum, et multo certius est mulierem tempore menstrui non concipere (ut dicunt Sanchez<sup>8</sup>, Palaus<sup>9</sup>, Bossius<sup>10</sup> et Salmant.<sup>11</sup>); ac demum, etiamsi concipiant cum aliquo damno prolis, dicunt Sanchez<sup>12</sup> et Bossius<sup>13</sup>, id non ob stare, quia melius est prolem sic nasci quam non nasci: forte enim postmodum non gigneretur, vel non esset eadem proles; unde proles beneficium recipit, non damnum. Nec valet dicere quod si non proli, saltem sic infertur damnum naturae, quae postulat ut proles modo convenientiori generetur; nam respondent quod si non infertur damnum proli, neque infertur naturae. Non prohibetur igitur jure divino. — *Non jure ecclesiastico*. Nam ad textum Gregorii respondet Pontius<sup>14</sup> prohibitionem illam ecclesiasticam hodie exolevisse. Imo verbum illud Pontificis *prohibeantur*, explicatur ab aliis, ut dicit ibi Glossa: *Prohibeantur, id est sub forma prohibitionis dissuadeantur*. — *Nec jure naturali*. Quia, licet sit facile periculum eo tempore frustrandi semen: tamen ad coitum cohonestandum non requiritur ut

n. 20. - <sup>6</sup> Loc. cit., n. 7. - <sup>7</sup> In Ezechiel., lib. 6, cap. 18, v. 5 et 6; Migne, Patrol. lat., tom. 25, col. 173. - <sup>8</sup> Lib. 9, disp. 21, n. 5. - <sup>9</sup> Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 4, n. 7. - <sup>10</sup> De Effect. Matr., cap. 9, n. 22. - <sup>11</sup> Tr. 9, cap. 15, n. 77. - <sup>12</sup> Loc. cit., n. 5 et 7. - <sup>13</sup> Loc. cit. - <sup>14</sup> Lib. 10, cap. 14, num. 6.

925. - a) Alensis, *Sum., part. 2, quaestio. 147<sup>bis</sup>* (al. 149), *membr. 2, resol. ad 5*, distinguit: « Causa concubitus potest aggravare factum vel minuere. Si enim causa vitandae fornicationis fiat, diminuitur quantitas peccati; si vero libido satianda cum negligentia periculi in prole, aggravatur in hoc peccatum ut sit mortale ».

b) Tabiena, v. *Matrimonium III, n. 7*, alio modo distinguit: « Ubi sit praesumptio prolis sequendae... est peccatum mortale...; aliter est peccatum veniale ».

c) Michael de Palacios, in 4, *dist. 32, disp. 1*, v. *Quod si me*, item distinguit, et negat coitum illum esse culpandum, si fiat ad vitandam fornicationem, quae aliter nequit vitari; si vero « ex voluptate ducti conjuges, nulla intercedente ignorantia, se commiscant sub menstruali purgatione, peccatum admittunt mortale ». Sed addit hoc intelligendum esse, sub initio menstrui aut non longe ab illo; si autem coitus quarto, sexto die, etc., habeatur, « forte tunc non est carpendus coitus tamquam criminalis ».

ex eo sequatur generatio; sed sufficit quod coitus ille per se sit aptus generationi, esto per accidens semen dispergatur, ut accidit in accessu ad mulierem praegnantem aut sterilem. Neque (ajunt) in tali coitu adest indecentia culpabilis; nam (ut dicit Perez) illa est potius materialis. — Hinc concludunt nullo modo peccare conjuges, si eo tempore coeant, non jam ex affectu libidinis (quod non posset excusari a veniali), sed ut utantur jure suo cum moderata delectatione.

*Tertia* demum sententia, communissima et probabilior, dicit coitum tempore menstrui non esse mortale, sed non excusari a veniali. Ita S. Antoninus<sup>1</sup>, Navarrus<sup>2</sup>, Concina<sup>3</sup>, Pontius<sup>4</sup>, Palaus<sup>5</sup>, Roncaglia<sup>6</sup>, Holzmann<sup>a)</sup>; Bonacina<sup>7</sup> cum Henriquez, Ledesma et Rodrigue; Salmant.<sup>8</sup> cum Aversa, Vivaldo, Cornejo et Soto; Bossius<sup>9</sup> cum Sa<sup>e)</sup>, Coninck, Paludano, Reginaldo, Villalobos, Vega, Graffio, etc.; ac Sanchez<sup>10</sup> cum Cajetano, Abulensi, Armilla, Victoria et Lopez. — Quod non sit mortale, probat ratio adducta mox supra pro secunda sententia. — Quod autem sit veniale, probatur: quia talis concubitus, nolendo conjuges exspe-

Probabilior, non lethale, sed veniale.

Perez, disp. 49, sect. 3, n. 13, i. f. - <sup>1</sup> Part. 3, tit. 1, cap. 20, § 5. - <sup>2</sup> Man., cap. 16, n. 32. - <sup>3</sup> Diss. 4, cap. 8, n. 20. - <sup>4</sup> Lib. 10, cap. 14, n. 6. - <sup>5</sup> Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 4, n. 8. - <sup>6</sup> Tr. 21, qu. ult., quaestio. 3, resp. 3. - <sup>7</sup> Qu. 4, punct. 6, n. 9. - <sup>8</sup> Henrig., lib. 11, cap. 15, n. 7, lit. z, cum comment. - <sup>9</sup> Petr. Ledesm., qu. 64, art. 1, diff. 3, concl. 3 et 4. - <sup>10</sup> Rodrig., Sum., part. 1, cap. 241, n. 17. - <sup>11</sup> Tr. 9, cap. 15, n. 76. - <sup>12</sup> Aversa, qu. 21, sect. 6, v. *Sexto*... Ita ergo. - Vivald., Candelabr., de Matr., tit. de Debito conjug., num. 9 (al. edit. 1590, de Matr., num. 259). - Cornejo, disp. 5, dub. 3, v. *Ex dictis infero*. - Sotus, in 4, dist. 32, qu. unic., art. 2, ad 2, v. *At re vera*. - <sup>13</sup> De Effect. Matr., cap. 9, n. 21 et seqq. - Coninck, disp. 34, n. 76. - Palud., dist. 32, qu. 1, art. 3, concl. 3 (n. 13). - Reginald., lib. 31, n. 343. - Villal., part. 2, tr. 40, diff. 15, n. 3. - Vega, Sum. nueva, part. 1, cap. 78, cas. 3. - Graffio,

ctare tempus generationi aptius et jam brevi adventurum, involvit quamdam turpitudinem et deordinationem, cum femina tunc sit inepta commodae receptioni et retentioni seminis; et ideo coitus tunc minus convenit fini generationis. Conveniunt autem Navarrus<sup>11</sup>, Palaus<sup>12</sup>, Sanchez<sup>13</sup>, Salmant.<sup>14</sup>, et Bossius<sup>15</sup> cum Hurtado, quod nullum sit peccatum coire tali tempore, si adsit aliqua causa turpitudinem illam cohonestans, nempe ad vitanda dissidia aut incontinentiam in se vel in altero, aut alia similis<sup>f)</sup>.

An autem *casu quo nulla adsit causa, uxor menstruata possit et teneatur debitum reddere, si maritus monitus nolit desistere?*

Affirmant Palaus<sup>16</sup> cum Coninck; Salmant.<sup>17</sup>; et Sanchez<sup>18</sup> cum Paludano, Soto, Ledesma, etc. (qui citat pro se etiam D. Thomam<sup>19</sup>, sed non bene, ut mox videbimus). — Verum probabilior negandum cum Pontio<sup>20</sup> et Bonacina<sup>21</sup>: qui citat Silvestrum<sup>g)</sup>, Rebillum<sup>h)</sup> et Henriquez<sup>i)</sup>. Ratio, quia, cum culpa, etiam venialis, se tenet ex parte actus, probabilior non tenetur conjux, neque potest licite debitum reddere (Vide dicenda

Tempore menstrui, uxor non tenetur nec potest reddere.

Decis. aur., part. 1, lib. 2, cap. 82, n. 19. - <sup>10</sup> Lib. 9, disp. 21, n. 5 et 7. - Cajetan., in 2<sup>ae</sup>, qu. 154, art. 1, v. *Ad secundum* [i. e. tertium] dicitur; et Sum., v. *Matrimonii peccata*, § *Tertium caput*. - Abulen., in Matth., cap. 5, qu. 245, v. f. - Armilla, v. *Matrimonium*, n. 68, v. *Tertio*. - Victor., Sum., de Matr., n. 276, i. f. - Ludov. Lopes, Instruct. conc., part. 1, cap. 84, v. *At id quod*. - <sup>11</sup> Man., cap. 16, n. 32. - <sup>12</sup> Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 4, n. 8. - <sup>13</sup> Lib. 9, disp. 21, n. 7. - <sup>14</sup> Loc. cit., n. 77. - <sup>15</sup> Cap. 9, n. 14 et 15. - Gasp. Hurriad., disp. 10, diff. 3, n. 10. - <sup>16</sup> Loc. cit., n. 9. - Coninck, disp. 34, dub. 9, n. 76. - <sup>17</sup> Tr. 9, cap. 15, n. 77. - <sup>18</sup> Loc. cit., n. 15 et 16. - Palud., dist. 32, qu. 1, art. 3, concl. 3 (num. 13). - Sotus, in 4, dist. 32, qu. unic., art. 2, ad 2, v. *Utrum vero*. - Petr. Ledesm., qu. 64, art. 1, diff. 3, concl. 2. - <sup>19</sup> In 4, dist. 32, art. 2, solut. 3, corp. - <sup>20</sup> Lib. 10, cap. 14, n. 6. - <sup>21</sup> Qu. 4, punct. 6, n. 10.

a) Holzmann, *de Matr., n. 462*, potius adhaeret secundae sententiae. Refert enim primo opinionem dicentem esse veniale, cum ejus rationibus; deinde, opinionem negantem esse veniale, et addit: « Videri potest... Pater Schmier, recte advertens et ostendens praeallegatam turpitudinem esse solum physicam non vero morale, fere sicut in coitu qui fit tempore menstrui innaturalis, nullamque tunc incontinentiam committi ».

e) Sa non satis accurate citatur a Bossio; nam v. *Debitum conjugale, n. 11*, scribit tantum: « Tempore menstrui debitum petere aut

reddere quidam mortale peccatum putant; quod alii probabilior negant ».

f) Et idem dicunt multi ex auctoribus citatis pro tertia sententia.

g) Silvester, v. *Debitum conjugale, n. 8*, dicit mulierem debere avertens virum a petitione; « tamen finaliter, si vir a petitione non desistat, debet debitum reddere poscenti ». - h) Rebillus, *part. 2, lib. 3, qu. 19, n. 14*: « Ad reddendum, inquit..., uxorem teneri, si vir instet; peccatur attamen venialiter, si eum amovere amice potest ». - i) Henriquez pariter, *lib. 11, cap. 15, n. 7*, scribit: « Non tenetur

n. 946). Nec contrarius est nostrae sententiae D. Thomas. Nam<sup>1</sup> dicit tunc uxorem posse et teneri ad reddendum, quando majus periculum timeretur in non reddendo: sed hoc non supponitur in nostro casu.

926. - Quaeritur 5°. An sit illicitum coire tempore purgationis post partum?

Certum est non teneri conjuges hodie observare tempus purgationis praescriptum in Levit. xii, ubi, cum mulier arcebatur ab ingressu templi per quadraginta dies in partu masculi, et octoginta, feminae: videtur eo tempore fuisse ei etiam interdictus conjugii usus. Sed hoc praeceptum jam cessavit. Et sicut hodie puerperae non tenentur abstinere ab ingressu ecclesiae, ut dicitur in cap. unic., de purific. post partum, ita nec a conjugii usu, ut communiter dicunt Sanchez<sup>2</sup>, Bossius<sup>3</sup>, et alii passim cum S. Antonino<sup>4</sup>. — Qui tamen addit, hoc non obstante, bene posse mulierem abstinere ab ecclesia et omittere audire Missam, ubi talis est consuetudo, toto eo tempore; vel saltem per sex hebdomadas, ut testantur esse communem usum Sporer et Elbel. Vide dicta Lib. III, n. 330, v. Pariter.

Circa autem quaesitum, triplex adest sententia:

Prima dicit esse mortale<sup>a)</sup>; et hanc tenent Butrius et Alexander de Nevo,

<sup>1</sup> Dist. 32, art. 2, solut. 3, ad 3. — <sup>2</sup> Lib. 9, disp. 22, n. 8. — <sup>3</sup> De Effect. Matr., cap. 7, n. 130. — <sup>4</sup> Part. 3, tit. 1, cap. 20, § 4. — Spor., tr. 8, cap. 4, n. 35. — Elbel, de 3° Praec., n. 384. — Butr., Rubric. prooem. de Sponsal., n. 14. — Alex. de Nevo, Rubr. de Sponsal., n. 21, cas. 1. — <sup>5</sup> Lib. 9, disp. 22, n. 9. — <sup>6</sup> Lib. 10, cap. 14, n. 8. — <sup>7</sup> Lib. 9, disp. 22, n. 11. — Angel., v. Debitum, n. 34. — Henric., lib. 11, cap. 15, n. 7, sub 3. — Palacios, in 4, dist. 32, disp. 1, fol. 711. —

communiter reddere uxorem, nisi sciret viro inesse grave periculum incontinentiae. — Pontius autem et Bonacina non supponunt virum insistentem; sed dicunt mulierem venialiter peccare si reddat, nisi adsit causa.

926. - a) Nisi adesset periculum incontinentiae, ut auctores citati limitant.

b) Rectius: Palea post dictum canonem.

c) Apud Galenum, de Sanit. tuenda, lib. 1, ut citat Pontius, id reperire nequivi.

d) Filiucci non satis apte citatur a Bossio; loquitur enim, tr. 10, part. 1, n. 337, de tempore a lege veteri praefixo, et negat terminum istum expectandum esse.

e) S. Antoninus, loc. cit., § 4, negat quidem

apud Sanchez<sup>5</sup>. — Ratio: tum quia in citato can. fin., dist. 5, D. Gregorius<sup>b)</sup> id expresse vetitum declaravit, dicens: Nisi purgationis tempus prius transierit, viris suis non debent admisceri; tum quia damnum inferitur proli, si eo tempore concipiatur, ut ait Galenus<sup>c)</sup> apud Pontium<sup>6</sup>.

Secunda sententia dicit nullum esse peccatum. Ita Sanchez<sup>7</sup> cum Angelo, Henriquez, Palacios, Turrecremata; Holzmann<sup>8</sup>; ac Filiucci<sup>d)</sup>, Perez, Villalobos et Hurtadus, apud Bossium<sup>9</sup>. — Quia (ut ajunt) hujusmodi immunditia est tantum materialis, non moralis.

Tertia sententia, probabilior et communior, quam tenent S. Antoninus<sup>e)</sup> cum Richardo<sup>e)</sup> et Petro de Palude<sup>e)</sup>; Pontius<sup>10</sup>, Palaus<sup>11</sup>, Roncaglia<sup>12</sup>; Bossius<sup>13</sup> cum Azor, Ochagavia<sup>f)</sup> et Leandro; item Sotus<sup>f)</sup>, Paludanus<sup>e)</sup>, Tabiena, Lopez<sup>f)</sup>, etc., apud Sanchez<sup>14</sup>, dicit esse veniale, non autem per se mortale. — Est veniale, quia talis coitus continet aliquam indecentiam. Unde, nisi excuset causa honesta, nempe periculum incontinentiae vel dissidii, vel alia similis, nequit ab omni culpa excusari. — Non autem est mortale per se loquendo; quia talis indecentia non videtur tanta ut mortalem culpam inducat. Ad prohibitionem vero D. Gregorii respondet Pontius illam hodie exolevisse;

Turrecr., in can. fin. dist. 5. — De Matr., n. 464. — Perez, disp. 49, sect. 3, n. 15. — Villal., part. 1, tr. 13, diff. 41, n. 9. — Gasp. Hurtad., disp. 10, diff. 3, n. 13. — Cap. 9, n. 43. — <sup>10</sup> Lib. 10, cap. 14, n. 8. — <sup>11</sup> Tr. 23, disp. 3, punct. 4, § 4, n. 13. — <sup>12</sup> Tr. 21, qu. ult., quaestiunc. 3, resp. 3. — <sup>13</sup> Cap. 9, n. 44. — Azor, part. 8, lib. 3, cap. 31, qu. 15. — Leand., tr. 9, disp. 25, qu. 25. — Tabiena, v. Matrimonium III, n. 8. — <sup>14</sup> Lib. 9, disp. 22, n. 10. — Pont., lib. 10, cap. 14, n. 6.

cum Paludano esse mortale; sed cum Richardo addit: « Abstinere debet uterque saltem debito congruitatis ». — Et ita revera habet Richardus, in 4, dist. 32, art. 4, qu. 1. — Paludanus vero, dist. 32, qu. 1, art. 3, concl. 2 (n. 12), dicit esse veniale, non tamen mortale, si statim post partum petatur. Sed in fine dicit virum prohiberi « de honestate, non autem de necessitate », ne ad puerperam accedat.

f) Ochagavia, tr. 5, qu. 3, n. 3; Sotus, in 4, dist. 32, art. 2, i. f., ita docent si partus paulo ante contigerit. — Idemque ex Soto refert Ludovicus Lopez, Instr., part. 1, cap. 83, v. Porro tempore.

Lethalis in periculo gravis morbi.

Juxta alios, omnino licitus.

Probabilius venialis tantum per se.

Causae ex quibus licitus usus conjugii.

at D. Antoninus cum Gulielmo respondet eam fuisse de congruitate, non de praeepto. Ad rationem autem documenti prolis responderet quod tale damnum vel non accidet, cum difficile sit eo tempore mulierem concipere; vel non erit grave. — Dicitur autem: per se loquendo. Nam poterit aliquando esse mortale, si ex concubitu gravis morbus vel notabilis aggravatio morbi immineret; ut dicunt S. Antoninus, et Sanchez<sup>1</sup> cum Paludano, Silvestro, Angelo, etc. Hujusmodi periculum etiam prudenter timeri potest, ut ait Roncaglia, si coitus habeatur statim post partum, nempe eodem die vel sequenti, ut medicus valde peritus mihi asseruit.

927. - « Ex dictis casibus consequenter resolvitur licitum esse uti matri-  
« monio:

« 1°. Prolis causa; etsi haec non necessario debeat intendi dum exercetur: « dummodo positive non impediatur: imo « etiam aliquando simplici affectu licite « excludatur, v. gr. a paupere, ne nimium « prolibus gravetur.

« 2°. Ad vitandum periculum incontinentiae in se vel comparte. Martinus « Perez<sup>2</sup> ex Coninck, Pontio, Hurtado, etc.: « contra Sanchez, qui vult esse veniale<sup>a)</sup>, « nisi tamen stimuli carnis aliter sedari « non possint ». — [Vide dicta n. 882, Dubit. 1. Idem enim fines, quos habere licet ad matrimonium contrahendum, coonestant etiam petitionem copulae].

« 3°. Valetudinis causa vel propter alios « fines extrinsecos. Quia honestum ex

D. Anton., part. 3, tit. 1, cap. 20, § 4. — Gulielm. Rhedon., Gloss. in Sum. S. Raym., lib. 4, tit. de Matrim., § 10, not. h, ad v. Abstinendum. — D. Anton., loc. cit. — <sup>1</sup> Lib. 9, disp. 22, n. 11. — Palud., in 4, dist. 32, qu. 1, art. 3, concl. 2 (n. 12). — Silvest., v. Debitum, qu. 5, i. f. — Angel., v. Debitum, n. 34. — Roncagl., tr. 21, qu. ult., quaestiunc. 3, resp. 3. — <sup>2</sup> Disp. 49, sect. 2, n. 2 et 3. — Coninck, disp. 34, n. 6. — Pont., lib. 10, cap. 8, n. 5. — Gasp. Hurtad., disp. 10, diff. 2, n. 3 et 4. — Sanchez, lib. 9,

927. - a) Sanchez vult esse veniale illi qui petit ad vitandum incontinentiam in se ipso.

b) Sà, v. Debitum conjugale, n. 5, ait licitum esse, si fiat ad vitandum morbum.

c) Henriquez, lib. 11, cap. 15, n. 5, lit. s, dicit veniale esse, si ita fiat « sine necessitate ». — Et huic sententiae accedere videtur Laymann, dicit enim, loc. cit., uti refert Busenbaum, probabile quidem esse usum conjugii, solius sanitatis tuendae causa exercitum,

« natura sua et relatum ad unum finem, « licite refertur ad alium isti non reputantem; ut docent Sà<sup>b)</sup>, Coninck, Laymann<sup>3</sup>, Martinus Perez<sup>4</sup>. Vide Diana<sup>5</sup>. « — Solius tamen sanitatis causa uti, « probabile est esse veniale; ut docent « S. Thomas, Henriquez<sup>c)</sup>, Laymann<sup>6</sup>; « contra Martinum Perez<sup>7</sup>, etc. » [Vide n. 883, Dubit. 2].

928. - Hic quaeritur 1°. An aliquando vir teneatur petere?

Per se loquendo, non tenetur petere. — Tenetur vero per accidens, nimirum si uxor tacite exigat, puta si ostendat aliquod indicium quo tacitam petitionem significet; quia in mulieribus, ob innatam earum verecundiam, talia signa habentur pro vera petitione. Ita communiter Sanchez<sup>8</sup> et alii universe, ex D. Thoma<sup>9</sup>, ubi: Quando... vir percipit per aliqua signa quod uxor vellet sibi debitum reddi, sed propter verecundiam tacet..., tenetur reddere.

E converso, recte dicit Sanchez<sup>10</sup> cum Soto et Palacios, ex eodem D. Thoma<sup>11</sup>, non teneri mulierem reddere viro, nisi hic expresse petat. Cum enim non pudeat viros expresse exigere, bene possunt uxores praesumere quod viri expresse non petentes nolint ipsas obligare ad petendum; imo ego sentio nec posse, quia nequit maritus obstringere mulierem, ut cum tanta sua erubescencia debitum petat. — Recte tamen excipit Sanchez<sup>12</sup> cum S. Antonino<sup>a)</sup>, Navarro, Silvestro<sup>b)</sup> et Manuele, nisi talis erubescencia potius

disp. 9, n. 4. — Coninck, loc. cit., n. 10. — <sup>2</sup> Lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 4. — <sup>3</sup> Disp. 49, sect. 2, n. 4. — <sup>4</sup> Part. 3, tr. 4, resol. 218. — S. Thom., in 4, dist. 31, qu. 2, art. 2, ad 4. — <sup>5</sup> Loc. cit., cap. 4, n. 3. — <sup>6</sup> Loc. cit., n. 4. — <sup>7</sup> Lib. 9, disp. 2, n. 3 et 4. — <sup>8</sup> Suppl., qu. 64, art. 2. — <sup>9</sup> Loc. cit., n. 5. — Sotus, in 4, dist. 32, qu. unic., art. 2, v. At vero duplex. — Palacios, in 4, dist. 32, disp. 1, v. Scito tamen. — <sup>10</sup> In 4, dist. 32, art. 3, ad 2. — <sup>11</sup> Loc. cit., n. 5. — Navarro, Man., cap. 16, n. 26. — Man. Rodrig., Sum., part. 1, cap. 241, n. 8.

venialem esse; sed contrarium non esse improbabile, et addit: « Id vero pro certo tenendum est, si aliud servandae sanitatis medium non suppetat, quod raro fit, tum nihil culpae esse ob hunc solum finem conjugio uti ».

928. - a) S. Antoninus, part. 3, tit. 1, capit. 20, § 7, hoc sentire videtur, dicendo non ita teneri uxorem sicut virum, quia hi non ita verecundantur in hoc.

b) Silvester, v. Matrimonium VII, qu. 5,

Lex mosaica de tempore purgationis non amplius obligat.

Coitus, tempore purgationis, juxta alios, lethalis.

Vir per se non tenetur petere.

Tenetur, si uxor tacite exigat.

Uxor non tenetur nisi vir expresse petat.

Exceptio quae raro accidit.

praesumatur aliquando (quod caeterum raro accidit) esse ex parte viri quam feminae; puta, si illa esset maximae auctoritatis aut ferae conditionis, et vir valde pusillanimis ac verecundus. — Regulariter tamen (bene subdit Sanchez) non tenetur uxor reddere <sup>c)</sup>, nisi evidenter ei constet de hac pusillanimitate et pudore mariti.

929. - Quaeritur 2<sup>o</sup>. *An uxor teneatur aliquando petere debitum?*

Certum est 1<sup>o</sup> ordinarie non teneri uxorem ad petendum; quia hoc est mulieribus notabiliter inverecundum. Certum 2<sup>o</sup> quod, cum alter conjux est in periculo incontinentiae, tam vir quam uxor tenetur petere, ad liberandum alterum a periculo. — Ita communiter Pontius<sup>1)</sup>; Sanchez<sup>2)</sup> cum Soto, Adriano, etc.; ac Bossius<sup>3)</sup> cum Filliuccio, Henriquez<sup>b)</sup>, etc.

Sed Dubium fit: *an teneatur uxor tunc petere ex caritate vel ex justitia?*

Prima sententia, quam tenent Pontius<sup>3)</sup>; et Bossius<sup>4)</sup> cum Ledesma, Henriquez<sup>c)</sup>, Adriano<sup>c)</sup>, et Petro Soto<sup>c)</sup>, dicit teneri ex justitia. — Ratio, quia, cum teneantur conjuges servare bonum fidei, quando alter est in periculo incontinentiae; tunc, esto non petat alter, ipsa tamen necessitas petit ut bonum fidei servetur vitando alterius incontinentiam: ideoque tunc potius est redditio quam petitio debiti. Confirmatur exemplo: si enim medicus teneatur ex contractu mederi aegroto, tenetur ex justitia exhibere ei medicinam, quamvis ille non petat. — Et huic sententiae videtur adhaerere D. Thomas<sup>5)</sup>, ubi dicit: *Si aliquis per*

*actum matrimonii intendat vitare fornicationem in conjuge, non est aliquod peccatum; quia haec est quaedam redditio debiti, quae ad bonum fidei pertinet.*

Secunda vero sententia, quae videtur probabilior, et quam tenent Sanchez<sup>6)</sup> cum Paludano et Durando<sup>d)</sup>; ac Coninck apud Bossium<sup>7)</sup>, dicit teneri tantum ex caritate. — Ratio, quia ubi nulla est petitio alterius conjugis expressa vel tacita, nulla adest obligatio justitiae ad reddendum. Ad bonum autem fidei matrimonii spectat quidem ut conjux non adulteretur, non vero ut avertat alterum ab adulterio: licet enim hoc etiam quodammodo pertineat ad bonum fidei, non tamen ita pertinet, ut stricte obliget ex justitia ad petendum. Et ideo a D. Thoma hujusmodi petitio non dicitur absolute redditio, sed *quaedam redditio debiti*; et hoc adducit S. Doctor tantum ad excusandum petentem, si petat ad vitandam incontinentiam in altero, non vero ad obligandum ut petat. — Nec obstat exemplum medici: medicus enim tenetur utique praebere medicinam infirmo non petenti; quia ex contractu se obligavit ad eum curandum. Conjux autem se obligavit ad non frangendam fidem; non vero ad impediendum alterum quominus fidem frangat.

Ex hac sententia inferitur quod conjux, cum non teneatur ex justitia, sed tantum ex caritate eo casu ad petendum, non tenetur petere cum magno incommodo. Hinc probabiliter tunc excusatur uxor a petendo, si in hoc magnam verecundiam subire deberet.

Matr., cap. 1, n. 21 et 25. — Petr. Ledesma, qu. 49, art. 5, dub. 2, concl. 2. — <sup>6</sup> Suppl., qu. 49, art. 5, ad 2. — <sup>6</sup> Lib. 9, disp. 2, n. 7. — Palud., dist. 31, qu. 2, art. 3, v. *Dicendum quod verum* (n. 14). — Coninck, disp. 34, n. 13 et seqq. — <sup>7</sup> De Effect. Matr., cap. 1, n. 22.

Probabilis ex caritate tantum.

Impeditus voto, affinitate, etc., potest aliquando petere.

930. - Quaeritur 3<sup>o</sup>. *An conjux prohibitus a petendo ratione voti, vel affinitatis, aut cognationis spiritualis post matrimonium contractae, possit quandoque licite exigere debitum?*

Id admittunt communiter doctores<sup>a)</sup> cum Sanchez<sup>1)</sup> (qui citat Joannem Andreae, Praepositum, Adrianum, Victoria, etc.), si adsit periculum incontinentiae in altero conjuge. — Imo dicunt Bossius<sup>2)</sup>; et idem Sanchez<sup>3)</sup> cum Petro Soto, Henriquez<sup>b)</sup>, Palacios, Angles, etc., tunc teneri petere; quia haec obligatio oritur ex ipsa institutione matrimonii.

Item admittunt etiam communiter S. Thomas<sup>4)</sup>, Bossius<sup>5)</sup>; et Sanchez<sup>6)</sup> cum Sà, Silvestro, Angelo, Turrecremata, Henrico, Ledesma, etc., posse conjugem impeditum petere, si alter interpretative exigat, nempe quando *mulier* (ut ait D. Thomas) *verecunda est, et vir sentit ejus voluntatem de debiti redditione*. Tunc enim potest conjux impeditus se offerre, quia tunc potius est reddere quam petere. — *Quoties autem liceat ei se offerre?* Ledesma<sup>c)</sup> apud Sanchez<sup>c)</sup> dicit hoc licere quater in mense; sed melius Bossius<sup>7)</sup>, et idem Sanchez cum Victoria<sup>d)</sup> dicunt id ex circumstantiis esse pensandum, nempe ex ma-

<sup>1</sup> Lib. 9, disp. 7, n. 5. — Joan. Andreae, in cap. fin., de eo qui cognovit consang., n. 4. — Praepos., in id. cap., n. 3. — Adrian., in 4, de Euch., § *Restat jam videre*, v. *Ad rationes...* ad 2. — Victor., Sum., de Matr., n. 293. — <sup>2</sup> De Effect. Matr., cap. 1, n. 261. — <sup>3</sup> Loc. cit., n. 5 et 11. — Petr. de Soto, lect. 14, de Matr., v. f. — Mich. de Palacios, in 4, dist. 32, disp. 2, v. *Verumtamen casus*. — Angles, Flores, de Matr., qu. 6, de Debito, art. 1, diff. 4, concl. 4. — <sup>4</sup> In 4, dist. 88, qu. 1, art. 3, solut. 2, ad 4. — <sup>5</sup> De Effect. Matr., cap. 1, n. 260. — <sup>6</sup> Lib. 9, disp. 7, n. 1 et 3. — Sà, v. *Debitum conjugale*, n. 4. — Silvest., v. *Matrimonium VII*, qu. 5, v. *Secundum et Quartum*. — Angel., v. *Matrimonium III*, imp. 5, n. 3; et v. *Matrimonium IV*, n. 6. — Turrecr., in can. *Nos novimus*, caus. 17, qu. 2, ad 3. —

jori vel minori propensione alterius ad venerem.

Censent autem iidem Bossius<sup>8)</sup>, et Sanchez<sup>9)</sup> cum Angelo, non licere marito voto impedito se ad coitum offerre, quando uxor ei concessit licentiam vovendi castitatem; quia tunc censetur ipsa cessisse juri suo, nempe quod vir in ejus gratiam debitum petat. — Nisi (excipiunt Sanchez et Bossius, contra Coninck et Palaum) uxor esset in periculo incontinentiae: quo casu dicunt quod vovens tenetur petere ex obligatione orta, ut supra dictum est, ex ipsa institutione matrimonii.

An autem *liceat petere conjugi impedito, si ipse sit in periculo incontinentiae?*

Affirmant Viguierus et Quintanadvenas, apud Bossium<sup>10)</sup>: maxime si ille esset impeditus ratione affinitatis vel cognationis spiritualis, et commode non posset haberi dispensatio, essetque periculum in mora; quia lex ecclesiastica in tanto discrimine non obligat. — Negant vero Sanchez<sup>11)</sup> cum Gutierrez et Covarruvias; et Bossius<sup>12)</sup> cum Coninck, etc.; quia periculum incontinentiae est quidem justa causa dispensandi, non autem coeundi.

Sed prima sententia, respectu ad impedimentum ab Ecclesia impositum, mihi

Henric. Boich, in cap. *Rursus*, Qui clerici vel voventes, n. 4. — Mart. Ledesma, 2<sup>a</sup> 4<sup>a</sup>, qu. 55, art. 1, v. *Sed haestitabis*. — S. Thom., in 4, dist. 88, qu. 1, art. 3, solut. 2, ad 4. — <sup>1</sup> Loc. cit., n. 259. — Sanchez, loc. cit., n. 1, i. f. — <sup>8</sup> De Effect. Matr., cap. 1, n. 263. — <sup>9</sup> Lib. 9, disp. 7, n. 2. — Angel., v. *Matrimonium IV*, n. 7. — Sanchez, loc. cit., num. 5. — Boss., loc. cit., num. 263. — Coninck, disp. 34, num. 49. — Palaus, tr. 23, disp. 3, punct. 4, § 7, num. 8. — Viguier., Instit., cap. 16, § 7, ver. 8, imp. 5. — Quintanadven., tr. 9, singul. 12. — <sup>10</sup> Cap. 1, n. 262. — <sup>11</sup> Lib. 9, disp. 7, n. 7. — Gutierr., Canon. quaest., lib. 1, cap. 23, num. 6 et 7. — Covarr., de Matr., part. 2, cap. 7, § 2, n. 5 et 6. — <sup>12</sup> De Effect. Matr., cap. 1, n. 262. — Coninck, disp. 34, n. 49.

930. - <sup>a)</sup> Joannes Andreae et Praepositus loquuntur de affinitate; Adrianus vero et Victoria, sicut fere omnes auctores hoc numero citati, loquuntur de voto.

<sup>b)</sup> Henriquez, lib. 11, cap. 15, num. 9; et lib. 12, cap. 2, n. 9, dicit posse petere, sed rationem quam adjicit, scilicet petitionem illam potius esse redditionem debiti interpretative petenti, satis innuit non solum posse sed etiam teneri petere; et idem notandum est de Turrecremata et Henrico Boich.

<sup>c)</sup> Sanchez, loc. cit., n. 1, pro hac sententia citat Martinum de Ledesma; at profecto

non bene; Ledesma enim, loco a Sanchez citato, scil. 2<sup>a</sup> 4<sup>a</sup>, qu. 66, art. 1, dub. 2, non loquitur de voto; sed generatim negat esse semper mortale non reddere debitum: « ut si vir solet accedere ad mulierem quater in mense, et accessit jam quater in aliquo mense, et vult quinto accedere; si uxor nollet reddere quinto debitum, non videtur in hoc facere magnam injuriam viro, et licet male faciat negans viro debitum ».

<sup>d)</sup> Victoria, Sum., n. 293, i. f., dicit virum qui castitatem vovit, posse reddere non solum quando uxor petierit, « sed etiam quandocum-

Secus, si uxor consensit voto.

Exceptio.

Probabiliter potest petere ob propriam incontinentiam.

Uxor ordinarie non tenetur petere.

Uterque tenetur in periculo incontinentiae alterius.

Tunc uxor, juxta alios, tenetur ex justitia.

Excusatur in gravi incommodo.

v. *Decimum*, scribit: « Idem judicium quantum ad hoc... est de muliere respectu viri, sicut de viro respectu mulieris ».

<sup>c)</sup> Nimirum viro non expresse petenti.

929. - <sup>a)</sup> Bossius, de Effect. Matr., cap. 1, n. 17 et seqq., hoc quidem docet, cum duplici tamen limitatione: nimirum quando fornicatio aliter vitari posset, vel quando copulae obligatio non esset profutura, conjugem non teneri ad petendum.

<sup>b)</sup> Henriquez, lib. 11, cap. 15, n. 9; et lib. 12, cap. 2, n. 9, dicit eum qui vovit ca-

stitatem, licite eo casu petere; quia, ut ait, potius est reddere interpretative petenti; quod sane insinuat non solum posse, sed teneri etiam petere.

<sup>c)</sup> Henriquez, loc. cit.; Adrianus, loc. cit.; Petrus de Soto, lect. 14, de Matr., v. f., ita sentire videntur, ut ait Sanchez, quatenus ajunt eo casu petitionem esse potius redditionem debiti.

<sup>d)</sup> Durandus, in 4, dist. 31, qu. 4, v. *Sed ista sunt dubia*, id videtur tenere, dum negat id esse debiti redditionem.

non videtur improbabilis, si revera dispensatio brevi obtineri nequeat et magnum periculum sit in mora; idque magis firmatur ex Quaestione sequenti.

931. — Quaeritur 4<sup>o</sup>. *An liceat conjugi excommunicato petere debitum, et an petere ab excommunicato?*

Quod liceat conjugi *petere ab excommunicato*, certum est ex can. *Quoniam multos, caus. 11, qu. 3*, ubi D. Gregorius VII expresse id concedit.

An autem *liceat excommunicato etiam petere?* — Negat Glossa in can. *cit.*, v. *Uxores*, et aperte videntur consentire Archidiaconus, Silvester, Lopez et Tabiena<sup>a)</sup>, apud Sanchez<sup>1</sup>. Quia in bulla Martini V *Ad evitanda*, excommunicatis, quoad communicationem cum fidelibus, nullum privilegium conceditur.

Sed communiter et verius affirmant Suarez<sup>2</sup>, Bonacina<sup>3</sup>; Sanchez<sup>4</sup> cum Henriquez ac Ugolino; ac Bossius<sup>5</sup> cum Paludano<sup>b)</sup>, Sayro, Coninck<sup>b)</sup>, Avila, Filliuccio, Gordon, etc. Ratio, quia lex ecclesiastica non obligat cum tanto periculo, in quo esset quidem excommunicatus, si ipse non posset separari ab altero conjugum (ut revera non potest), et non posset petere.

932. — « *Quaeres: An et quando liceant tactus, aspectus et verba turpia inter conjuges?* »

*Archidiaconus. Guido a Bajiso*, in can. *Quoniam multos*, num. 1, in glos. *Sed nunquid*. — *Silvest.*, v. *Excommunicatio V*, n. 4, v. *Secundo excusat*. — *Greg. Lopez*, part. 1, tit. 9, ley 34, glos. 4. — <sup>1</sup> Lib. 9, disp. 14, n. 19. — <sup>2</sup> De Censur., disp. 15, sect. 4, n. 9, v. *Major difficultas*. — <sup>3</sup> Disp. 2, de Excom., qu. 2, punct. 6, § 2, n. 20. — <sup>4</sup> Loc. cit., n. 20. — *Henriq.*, lib. 13, cap. 22, n. 2. — *Ugol.*, de Censur., tab. 2, cap. 23, § 6, n. 3. — <sup>5</sup> Cap. 1, n. 282.

que sibi videbitur honestum accedere ad eam». Ex quibus verbis Sanchez et Bossius dictum suum colligunt.

931. — a) Tabiena, v. *Excommunicatio I*, n. 17, de excommunicato dicit: « *Reddere debitum exigenti debet; exigere etiam non puto mortale* ». Quibus verbis, ait Sanchez, sentire videtur esse culpam venialem.

b) Paludanus, in 4, *dist. 13, qu. 6, art. 2*, v. *Lex (n. 3)*, quamvis a Bossio hic citetur, de sola tamen redditione debiti, ab excommunicato praestanda, loquitur: « *Non solum quod vir uxori debitum reddat et e converso, quia hoc est juris divini, Ecclesia tollere non potest, maxime illi qui non peccavit, auferendo jus petendi; imo etiam in aliis domus obse-*

« *Resp. Tales actus per se iis licent: quia cui licitus est finis, etiam licent media; et cui licet consummatio, etiam licet inchoatio. Unde licite talibus naturam excitant ad copulam. — Quod si vero separatim et sine ordine ad copulam, v. gr. voluptatis causa tantum fiant, sunt venialia peccata; eo quod, ratione status, qui illos actus cohonestat, habeant jus ad illos. Nisi tamen, ut saepe contingit, sint conjuncti cum periculo pollutionis, aut conjuges habeant votum castitatis: tunc enim sunt mortalia, ut dictum supra Lib. 3, tract. 4, cap. 2, dub. 1. — Diana<sup>a)</sup>.* »

« *Unde resolves:*

« *1<sup>o</sup>. Coniux venialiter tantum peccat:*

« *1<sup>o</sup>. Tangendo seipsum ex voluptate, et tactum non ita expresse referendo ad copulam; ut (contra Vasquez et alios) probabiliter docet Sanchez<sup>6</sup>. — 2<sup>o</sup>. Oblectando se veneree, sine periculo pollutionis, de actu conjugali cogitato, dum abest compars vel actu exerceri non potest. Filliuccius, Laymann, Tanner, Malderus cum Diana<sup>7</sup>; contra Navarum, Azor, etc.*

« *II<sup>o</sup>. Peccat graviter:*

« *1<sup>o</sup>. Vidua quae se veneree oblectat de copula olim habita; quia est illi illi cita per statum. — 2<sup>o</sup>. Bigamus qui in actu conjugali cum secunda exercit,*

*Sayr.*, de Censur., lib. 2, cap. 14, n. 4. — *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 11, dub. 5. — *Fill.*, tr. 10, part. 1, n. 325. — *Gordon*, lib. 7, qu. 10, n. 72. — *Vasq.*, in 1<sup>am</sup> 2<sup>ae</sup>, disp. 113, n. 4. — <sup>6</sup> Lib. 9, disp. 44, n. 16. — *Fill.*, tr. 10, part. 1, n. 353. — *Laym.*, lib. 1, tr. 3, cap. 6, n. 12. — *Tann.*, tom. 2, disp. 4, qu. 8, dub. 7, n. 140. — *Malder.*, in 1<sup>am</sup> 2<sup>ae</sup>, qu. 74, art. 10, qu. 11. — <sup>7</sup> Part. 3, tr. 4, resol. 224. — *Navar.*, Man., cap. 16, n. 10. — *Azor*, part. 1, lib. 4, cap. 6, qu. 8.

quius». — Et ita etiam Coninck, *disp. 34, n. 23*: « *Nulla modo, inquit, excusat excommunicatio unius vel utriusque conjugis quin unus alteri omnia conjugalia obsequia debeat sicut prius* ».

932. — a) Diana, *part. 3, tr. 4, resol. 204*, id insinuat dum dicit esse licitum incipere tantum copulam, et eam imperfectam relinquere, dummodo non adsit periculum pollutionis. Sed, *resol. 217*, recitative dumtaxat refert sententiam Zanardi, negantis in *Direct. theolog. ac conf., part. 1, de Sac. Matrim., cap. 41, qu. 27*, tactus, oscula, etc., inter conjuges cum periculo pollutionis esse mortalia in reddente, vel etiam in potente, si intendat copulam, vel si fiant ad fovendum amorem.

Quid de tactibus, aspectibus, etc. inter conjuges.

Tactus et aspectus turpes inter conjuges sine ordine ad copulam, juxta alios, lethales.

Verius, veniales tantum.

Quid de viduis et bigamis.

« *repraesentat sibi priorem et de ea carnaliter delectatur; quia est permixtio cum aliena. — Laymann<sup>b)</sup>. Vide supra, Lib. 3, tract. 4, cap. 2; et Lib. 5, cap. 1, dub. 2, art. 2* ».

Et idem diximus *Lib. V, n. 24*, de sponsis, quibus illicitum est delectari de copula futura, etiam ex appetitu rationali, etsi non carnali.

933. — Quaeritur 1<sup>o</sup>. *An sint mortales tactus et aspectus turpes inter conjuges propter solam voluptatem, sine ordine ad copulam, si non adsit periculum pollutionis?*

Affirmant S. Antoninus<sup>a)</sup>, Silvester, Margarita, etc., apud Sanchez<sup>1</sup>. — Quia (ut dicunt) omnis actus venereus, non relatus ad copulam conjugalem, est mortalis.

Negat vero sententia communis et verior. Eamque tenent Laymann<sup>2</sup>, Palaus<sup>3</sup>, Lessius<sup>4</sup>, Bonacina<sup>5</sup>, Sporer<sup>6</sup>; Sanchez<sup>7</sup> cum Abulensi, Victoria, Angelo, Armilla<sup>b)</sup>, Sa, Medina, Ledesma, etc.; Salmant.<sup>8</sup> cum Henriquez, Aversa, Perez et Diana; Bossius<sup>9</sup> cum Vasquez, Fagundes, Villalobos et Hurtado; ac Croix<sup>10</sup> cum Soto, Tolet, Cajetano, Coninck, Filliuccio et pluribus aliis. — Ratio, quia status con-

*Silvest.*, v. *Debitum conjugale*, n. 9. — *Marg. Confessorum*, Interrog. circa 6 praec., v. *Septimo*. — <sup>1</sup> Lib. 9, disp. 44, n. 11. — <sup>2</sup> Lib. 3, sect. 4, n. 12. — <sup>3</sup> Tr. 23, disp. 3, punct. 4, § 2, n. 3. — <sup>4</sup> Lib. 4, cap. 3, n. 122. — <sup>5</sup> De Matr., qu. 4, punct. 8, num. 12; cfr. punct. 9, num. 6. — <sup>6</sup> Part. 4, cap. 2, n. 502. — <sup>7</sup> Loc. cit., n. 12. — *Abul.*, in Matth., cap. 5, qu. 197, i. f. — *Victor.*, Sum., n. 274. — *Angel.*, v. *Debitum conjugale*, n. 26. — *Sa*, v. *Lucuria*, n. 13. — *Barth. Medina*, Sum., lib. 1, cap. 14, § 18. — *Mart. Ledesma*, 2<sup>a</sup> 2<sup>a</sup>, qu. 51, art. 6, prop. 8. — <sup>8</sup> Tr. 9, cap. 15, n. 84. — *Henriq.*, lib. 11, cap. 16, n. 6. — *Aversa*, qu. 21, sect. 8, init. — *Perez*, disp. 54, sect. 2, n. 5 et 7. — *Diana*, part. 3, tr. 4, resol. 225. — <sup>9</sup> Cap. 7, n. 197 et 198. — *Vasq.*, in 1<sup>am</sup> 2<sup>ae</sup>, disp. 113, cap. 2. — *Fagund.*, Decal., lib. 6, cap. 3, n. 39;

jugalis, sicut cohonestat copulam, ita etiam hujusmodi tactus et aspectus; alias enim, cum sit tanta inter conjuges societas, et ipsi multoties non possint coire, jugibus periculis essent expositi, si tales actus essent eis graviter illiciti. Sicut autem delectatio quaesita in copula culpam venialem non excedit, ita etiam in his tactibus et aspectibus. — Et hoc, etiamsi copula tunc ipsis esset vetita ob morbum, vel esset impossibilis ob impotentiam quae supervenisset; ut dicunt Sanchez<sup>11</sup>, Croix<sup>12</sup>; et Bossius<sup>13</sup> cum Coninck, Fagundes, Aversa, Filliuccio, Villalobos, etc. Quia, cum copula sit licita inter conjuges, tactus inter ipsos non possunt esse graviter illiciti.

Secus vero dicendum, si coniux esset ligatus voto castitatis; quia tale votum excludit omnem voluptatem veneream, voluntarie captam. — Ita communiter Sanchez<sup>14</sup>; et Bossius<sup>15</sup> cum Vasquez<sup>c)</sup>, Filliuccio, Coninck et aliis.

An autem *idem procedat, si coniux sit impeditus a copula ob affinitatem vel cognationem spirituales contractam?*

Affirmat Aversa apud Bossium<sup>16</sup>; quia cui vetita est copula, vetiti etiam sunt tactus, qui sunt dispositiones ad copu-

et lib. 9, cap. 5, n. 13. — *Villal.*, part. 1, tr. 13, diff. 42. — *Gasp. Hurtad.*, disp. 10, diff. 10, num. 46. — <sup>10</sup> Lib. 6, part. 3, n. 341. — *Sotus*, in 4, dist. 31, art. 4, i. f. — *Tolet.*, lib. 7, cap. 25, i. f. — *Cajetan.*, v. *Matrimonii peccata*, § *Duodecimum*. — *Coninck*, disp. 34, n. 114. — *Fill.*, tr. 10, part. 1, n. 354. — <sup>11</sup> Lib. 9, disp. 44, n. 21 et 22. — <sup>12</sup> Lib. 6, part. 3, num. 341. — <sup>13</sup> De Effect. Matr., cap. 7, n. 199. — *Coninck*, disp. 34, num. 115. — *Fagund.*, Decal., lib. 9, cap. 6, n. 2 et 3. — *Aversa*, qu. 21, sect. 8, v. *Quarto* et *Septimo*. — *Fill.*, tr. 10, part. 1, cap. 9, n. 355. — *Villal.*, part. 1, tract. 13, diff. 42, num. 2. — <sup>14</sup> Lib. 9, disp. 44, n. 25. — <sup>15</sup> Cap. 7, n. 201 et 202. — *Fill.*, loc. cit., n. 350 et 355. — *Coninck*, disp. 34, n. 115. — *Aversa*, qu. 21, sect. 8, v. *Quinto*. — <sup>16</sup> Loc. cit., n. 200.

b) Laymann, *lib. 1, tr. 3, cap. 6, n. 13*, de primo casu, scilicet de viduis, loquitur.

933. — a) S. Antoninus, *part. 3, tit. 1, cap. 20, § 6*, plane innuit, negans esse peccatum si osculis vel amplexibus se excitet ad copulam, vel aliis tactibus, in quibus non quaerat delectationem propter se.

b) Armilla videtur parum sibi consentire; scribit enim, v. *Debitum conjugale, n. 8*, quod si haec faciant cum cogitatione « *de non consummando coitu, vel non sunt in loco apto ad consummandum illum actum, sed solum propter veneream delectationem hoc faciunt*... tunc est mortale, quia omnis actus venereus,

qui non est coitus vel ad illum ordinatus actu vel habitu, inter conjuges est mortale ». Inferius tamen adducit Cajetanum negantem esse mortale, quando in hujusmodi tactibus nil aliud intenditur nisi delectatio, et periculum pollutionis in altero conjugum non est; secus vero si adsit periculum: de qua opinione Armilla dicit: « *Et haec videtur bona resolutio, mihi que placet* ».

c) Vasquez, in *1am 2ae, disp. 112, n. 9*, hic utique citatus a Bossio, habet tantum generale principium. Postquam enim dixit votum servandi castitatem solo opere exteriori non comprehendere delectationes internas,



Secus, si impediatur affinitate vel cognatione. In praxi impeditus ordinariē abstinere a tactibus.

Iam. — Sed negat Bossius<sup>1</sup> cum Fagundez, Filiuccio et Perez; quia lex prohibens copulam, cum sit poenalis aut inhibitiva, non est extendenda ad tactus. — Caeterum, in praxi, impeditus ordinariē se debet abstinere ab huiusmodi tactibus, praesertim turpibus, ob periculum proximum vel pollutionis vel petitionis copulae, contra prohibitionem petendo.

934. — Quaeritur 2°. *Quid, si conjuges ex his turpibus actibus praevideant pollutionem secuturam in se vel in altero?* — Plures adsunt sententiae:

*Prima* sententia, quam tenent Sanchez<sup>a)</sup>, Filiuccius<sup>2</sup>, Viva<sup>3</sup>, Escobar<sup>a)</sup>; Elbel<sup>4</sup> cum Herincx<sup>b)</sup>; et Sporer<sup>5</sup> cum Perez<sup>a)</sup> et Gobat, id excusat ab omni culpa, etiam in petente: si pollutio non

intendatur, nec adsit periculum consensus in eam; et modo tactus non sit adeo turpis<sup>c)</sup>, ut iudicetur inchoata pollutio (prout esset, digitum morose admoveere intra vas femineum); ac praeterea adsit aliqua gravis causa talem tactum adhibendi, nempe ad se praeparandum ad copulam, vel ad fovendum mutuum amorem. — Ratio, quia tunc justa illa causa tales actus coonestat, qui alioquin non sunt illiciti inter conjuges; et si pollutio obvenit, hoc erit per accidens. — Dicitur: *si adsit gravis causa*; nam si non adsit, praedicti actus non excusantur a mortali.

*Secunda* sententia, quam tenent Palaus<sup>6</sup>, Bossius<sup>7</sup>; et Salmant.<sup>8</sup> cum Soto, Cajetano, Dicastillo, Ledesma<sup>a)</sup>, Hurtado<sup>e)</sup>, Aversa<sup>e)</sup> et communi (ut asserit),

Conditio- nes requisi- tae.

Juxta alios, tactus impudici soli, lethales.

<sup>1</sup> Cap. 7, n. 200. - *Fagund.*, lib. 9, cap. 6, n. 4. - *Fill.* tr. 10, part. 1, cap. 9, n. 355. - *Perez*, disp. 54, sect. 3, n. 3. - <sup>2</sup> Loc. cit., n. 356. - <sup>3</sup> De Matr., qu. 7, art. 4, n. 4. - <sup>4</sup> De Matr., n. 398 cum n. 392. - <sup>5</sup> Part. 4, cap. 2, n. 500. - *Gobat*, tr. 10, de Matr., n. 667. - <sup>6</sup> Tr. 28, disp. 3,

punct. 4, § 2, n. 2. - <sup>7</sup> De Effect. Matr., cap. 7, n. 210 et 213. - <sup>8</sup> Tr. 9, cap. 15, n. 86. - *Sotus*, in 4, dist. 31, art. 4, i. f. - *Cajetan.*, Sum., v. *Matrimonii peccata*, § *Duo- decimum*; et v. *Osculum*. - *Dicast.*, disp. 9, dub. 16, n. 182. - *Aversa*, qu. 21, sect. 8, v. *Verum doctores*.

addit: « Aliter autem dicendum esset cum quis vovisset castitatem absolute; sic enim suo voto comprehenderet etiam interiores delectationes, ac proinde illae essent contra virtutem religionis ».

934. - <sup>a)</sup> Sanchez, *lib. 9, disp. 45, n. 34 et seqq.*, distinguit reddentem a petente. Et negat n. 34, eo casu lethales esse tactus etiam impudicos in reddente, quia urgens videtur causa reddendi; nisi tamen adeo sint impudici ut videantur inchoata pollutio, et modo pollutio non intendatur, nec adsit periculum consensus in pollutionem. In petente vero, n. 36, esse lethales tactus impudicos cum periculo pollutionis, nisi conjuges in loco sint ut possint copula uti; amplexus vero, n. 37, et oscula, et alios tactus solitos exerceri inter conjuges ad fovendum mutuum amorem, et turpitudine carentes, minime damnandos esse de culpa lethali, ob periculum pollutionis praevisae, quando non nimia voluptas adest nec incitat. — Et idem tenent Escobar, *lib. 26, n. 206 et 207*; et Perez, *disp. 54, sect. 5, n. 4 et 5*, quamvis ultimus iste non loquatur de tactibus omnino impudicis in petente.

<sup>b)</sup> Elbel utique tenet hanc sententiam; sed Herincx quem pro ea citat, potius ei videtur contrarius; nam *disp. 7, qu. 7*, quaerit: « An conjugibus licita sint oscula, tactus, aspectus et verba amatoria, *secluso periculo pollutionis* »; et n. 35 dicit: « Praedicta fiunt sine peccato mortali, etsi intendatur sola in illis voluptas et non sit animus exercendi actum conjugalem... Communiter tamen supponunt doctores esse peccatum veniale...: quamvis

difficultate non careat, si voluptas non sit immoderata... Quia vero in contactibus valde impudicis frequenter subest notabile periculum pollutionis, sunt isti omnino conjugibus dissuadendi, nisi intendatur copula, vel saltem sit animus eam petendi quando periculum advertitur: cui omnino tenerentur conjugati occurrere per copulam aut certe illud praecavere ». Et n. 21, absolute et sine limitatione docet « conjuges peccare graviter tangendo seipsos aut se mutuo, etiam consentientes, cum pollutione ».

<sup>c)</sup> Aliqui ex auctoribus citati hanc conditionem silentio praetermittunt; vel saltem de ea non loquuntur disertis verbis.

<sup>d)</sup> Petrus Ledesma, quidquid dicant Salmant., videtur potius tenere tertiam sententiam, scribit enim, *qu. 49, art. 6, concl. 8*: « Amplexus, oscula et alii tactus inter conjuges, cum periculo pollutionis extra vas, sunt peccata mortalia ».

<sup>e)</sup> Gaspar Hurtadus, *disp. 10, diff. 10, n. 45*, scribit utique: « Tactus turpes in conjugibus esse illicitos, imo mortales, quando est periculum effusionis seminis extra vas, si absque urgenti necessitate fiant ». Nec ponit alterum membrum distinctionis, sicut nec Dicastillus. — At Salmant. non citant Hurtadum, sed Henriquez, qui, *lib. 11, cap. 16, n. 6*, scribit: « Communiter est mortale... si osculis et impudicis tactibus irritet venerem cum periculo probabili pollutionis; nam licet dent operam rei de se licitae, tactus tamen actione morali incitant in pollutionem ». — Denique notandum venit quod Sotus et Cajetanus, ubi

Juxta alios, pudici et impudici, lethales.

Juxta S. Doctorem, tactus turpes cum periculo pollutionis, lethales.

Limitatio.

Item, pudici, seclusa causa gravi.

distinguit. Et dicit esse mortalia tactus impudicos, si praevideatur pollutio ex eis provenienda; quia, cum hi proxime influant ad pollutionem, et non sint per se instituti ad fovendum affectum conjugalem, censentur voluntarii in causa. — Secus, si sint pudici, ut oscula et amplexus; quia actus isti per se inter conjuges sunt liciti, cum per se apti sint ad fovendum conjugalem amorem.

*Tertia* sententia, quam tenet Diana<sup>1</sup> cum Praeposito et Villalobos, dicit tactus tam impudicos quam pudicos esse mortalia, si praevideatur periculum pollutionis. — Ratio, quia ideo tactus licent inter conjuges, in quantum quaeruntur intra limites matrimonii, et in quantum nihil sequitur repugnans fini et institutioni seminis; cum autem praevideatur seminis dispersio, licet non intendatur, qualescumque tactus sunt illiciti.

His sententiis positis, puto probabilius dicendum quod actus *turpes* inter conjuges cum periculo pollutionis, tam in petente quam in reddente, sunt mortalia: nisi habeantur ut conjuges se excitent ad copulam proxime secuturam, quia cum ipsi ad copulam jus habeant, habent etiam jus ad tales actus, tametsi pollutio per accidens copulam praeveniat. — Actus vero *pudicos* etiam censeo esse mortalia, si fiant cum periculo pollutionis in se vel in altero, casu quo habeantur ob solam voluptatem, vel etiam ob levem causam. Secus, si ob causam gravem, puta si aliquando adsit urgens causa ostendendi indicia affectus ad fovendum mutuum amorem, vel ut conjux avertat suspicionem

<sup>1</sup> Part. 6, tr. 7, resol. 65. - *Praepos.*, qu. 6, dub. 26, n. 187. - *Villal.*, part. 1, tr. 13, diff. 42, n. 1. - <sup>2</sup> Lib. 9, disp. 45, n. 34. - <sup>3</sup> Cap. 7, n. 211 et 213. - <sup>4</sup> Lib. 26, de Debito conjug., n. 207. - <sup>5</sup> Lib. 9, disp. 17, n. 5 (edit. Brixien., 1624; in aliis quibusdam edit. expunctum). —

dicunt oscula et amplexus, ceu amoris indicia, licita esse, non amplius loquuntur de periculo pollutionis.

935. - <sup>a)</sup> Filiuccius non videtur recte citari a Bossio; nam, *tr. 10, part. 1, n. 329*, videtur oppositum insinuare, et cum ipso S. Alphonso consentire, dum scribit: « Alii... tactus qui fierent circa corpus mulieris, nisi sit periculum pollutionis extra vas, vel pertineant ad sodomiam inchoatam, vel aliam

ab altero quod ipse sit erga aliam personam propensus.

Probabiliter vero dicunt Sanchez<sup>2</sup>, Bossius<sup>3</sup> et Escobar<sup>4</sup>, in reddente, tactus etiam impudicos, nisi sint tales ut videantur inchoata pollutio, esse licitos, quamvis adsit periculum pollutionis in alterutro. Quia tunc reddens dat operam rei licitae, ad quam obligatur propter jus petentis: qui, tametsi peccet, non tamen jus amittit, cum culpa se teneat ex parte personae, juxta dicenda *ex n. 944*.

935. - An autem sit *semper mortale, si vir immittat pudenda in os uxoris?*

Negant Sanchez<sup>5</sup>; et Bossius<sup>6</sup> cum Filiuccio<sup>a)</sup> ac Perez: modo absit periculum pollutionis. — Sed verius affirmant Sporer<sup>7</sup>, Tamburinius<sup>8</sup>; et Diana<sup>9</sup> cum Fagundez: tum quia in hoc actu, ob calorem oris, adest proximum periculum pollutionis; tum quia haec per se videtur nova species luxuriae contra naturam (dicta ab aliquibus *irrumatio*): semper enim ac quaeritur a viro aliud vas, praeter vas naturale ad copulam institutum, videtur nova species luxuriae. — Excipit tamen Sporer<sup>10</sup> cum Filiuccio<sup>b)</sup> et Marchant<sup>b)</sup>, si id obiter fiat; et hoc revera sentire videtur etiam Sanchez, dum excusat actum illum a mortali, si cesset omne periculum pollutionis. Excipit etiam Palaus<sup>11</sup>, si vir hoc faceret ut se excitet ad copulam naturalem. Sed ex praedictis, neutrum admittendum puto.

Eodem autem modo Tamburinius<sup>c)</sup> damnat virum de mortali, qui in actu copulae immitteret digitum in vas praeposterum uxoris; quia (ut ait) in hoc actu

<sup>2</sup> Cap. 7, num. 175 et 193. - *Perez*, disp. 49, sect. 3, n. 2 v. f. - <sup>3</sup> Part. 4, cap. 2, n. 498. - <sup>4</sup> Decal., lib. 7, cap. 3, § 5, n. 83. - <sup>5</sup> Part. 6, tr. 7, resol. 7, v. *Quaerendum*. - *Fagund.*, Decal., lib. 6, cap. 3, n. 19. - <sup>6</sup> Loc. cit., n. 498. - *Sanch.*, loc. cit. - <sup>7</sup> Tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 2, n. 6.

*speciem contra naturam, sunt peccata ad summum venialia ».*

<sup>b)</sup> Filiuccius, *tr. 30, cap. 9, n. 195*, citat a Sporer, loquitur de osculis in partibus inhonestis; sicut pariter Jacobus Marchant, *Resol. pastor., ad 6 praec., coroll. n. 9*. Ceteroquin dictum est in nota a quid sentiat Filiuccius de casu praesenti; idemque tenet Marchant, *Resol. pastor., tr. 8, cap. 5, qu. 2<sup>ba</sup> et 3.*

<sup>c)</sup> Tamburinius, *loc. cit., n. 32*, loquitur

In reddente probabiliter non semper lethales.

Immissio pudendi in os verius lethalis.

adest affectus ad sodomiam. — Ego autem censeo posse quidem reperiri talem affectum in illo actu; sed, per se loquendo, hunc affectum non agnosco in tali actu insitum. Caeterum, graviter semper increpandos dico conjuges hujusmodi foedum actum exercentes.

936. - Quaeritur 3°. *An sint mortalia tactus turpes quot conjux habet cum seipso, altero absente, et secluso periculo pollutionis?*

*Prima* sententia negat: quam tenent Palaus<sup>a)</sup>, Escobar<sup>1)</sup>; Bossius<sup>a)</sup> cum Perez, Hurtado et Ochagavia; ac Sanchez<sup>2)</sup> cum Paludano et Lopez; et pro hac sententia Salmant.<sup>b)</sup> citant etiam D. Thomam<sup>b)</sup>. — Ratio, quia hujusmodi tactus ab ipso statu conjugali coonestantur, cum de natura sua ordinentur ad copulam; et ideo, secluso periculo pollutionis, non possunt esse in conjugate graviter illiciti, etsi copulam de praesenti ipse non posset consummare.

*Secunda* vero sententia, probabilior et in praxi omnino suadenda, affirmat. Et hanc tenent Laymann<sup>3)</sup>, Diana<sup>4)</sup> (quamvis hic auctor sit valde benignus), Sporer<sup>5)</sup> cum Armilla et Vasquez; ac Salmant.<sup>6)</sup> cum Aversa, Sanctio, Salas, Montesino,

<sup>1)</sup> Lib. 26, de Debito conjug., n. 201. - Perez, disp. 54, sect. 2, n. 6. - Gasp. Hurtad., disp. 10, diff. 10, n. 47. - Ochagav., tr. 5, qu. 12, i. f. - Lib. 9, disp. 44, n. 16. - Palud., dist. 31, qu. 3, art. 2, concl. 6 (n. 17). - Ludov. Lopez, Instruct. conc., part. 1, cap. 87, i. f. - Lib. 3, sect. 4, n. 12. - Part. 3, tr. 4, resol. 215. - Part. 4, cap. 2, n. 503. - Armill., v. Impudicitia, n. 3. - Vasq., in 1<sup>am</sup> 2<sup>ae</sup>, disp. 113, cap. 2, n. 4. - Tr. 9, cap. 15, n. 87. - Aversa, qu. 21, sect. 8, v. Tertio. - Joan. Sanct., Select., disp. 21, n. 26. - Salas, in 1<sup>am</sup> 2<sup>ae</sup>, tr. 13, disp. 6, sect. 19,

Dicastillo et Antonio a Spiritu S. — Ratio: tum quia conjux non habet jus per se in proprium corpus, sed tantum per accidens, nempe tantum ut possit se disponere ad copulam: unde, cum copula tunc non sit possibilis, tactus cum seipso omnino ei sunt illiciti. Tum quia tactus pudendorum, quando fiunt morose et cum commotione spirituum, per se tendunt ad pollutionem, suntque proxime connexi cum ejus periculo.

937. - Quaeritur 4°. *An sit mortalis delectatio morosa in conjugate de copula habita vel habenda, quae tamen non possit haberi de praesenti?* Adsunt tres sententiae:

*Prima* sententia affirmat; et hanc tenent Pontius<sup>7)</sup>, Wigandt<sup>8)</sup> cum Silvestro; ac Vega<sup>a)</sup>, Rodriguez<sup>a)</sup> et Dicastillus, apud Salmant.<sup>9)</sup> (qui probabilem vocant). — Ratio, quia talis delectatio est quasi inchoata pollutio: quae, cum eo tempore non possit haberi modo debito, omnino fit illicita.

*Secunda* vero sententia communior negat. Eamque tenent Bonacina<sup>10)</sup>, Escobar<sup>b)</sup>, Sporer<sup>11)</sup>; Croix<sup>12)</sup> cum Suarez et Gersonio<sup>c)</sup>, Bossius<sup>13)</sup> cum Filliuccio et Perez; et Sanchez<sup>14)</sup> cum S. Antonino<sup>d)</sup>, Palu-

dist. 9, qu. 3, art. 1, concl. 1, v. Sed maritus (n. 7). - Cajetan., Sum., v. Delectatio morosa, § Secundum... Tertio quod vir, et in 1<sup>am</sup> 2<sup>ae</sup>, qu. 74, art. 8, ad 4. - Vasq., in 1<sup>am</sup> 2<sup>ae</sup>, disp. 113, n. 2 et 3. - Armilla, v. Delectatio, num. 4, i. f. - Barthol. Medina, in 1<sup>am</sup> 2<sup>ae</sup>, qu. 74, art. 8. - Tabiena, v. Cogitatio morosa, n. 10; et v. Luxuriosus, n. 9. - Pont., lib. 10, cap. 16, n. 11, i. f. - Coninck, disp. 34, dub. 11, n. 113. - Aversa, qu. 21, sect. 8, v. Admitti tamen. - Diana, part. 3, tr. 4, resol. 200 et 224. - Tr. 9, cap. 15, n. 89. - De Malo, qu. 15, art. 2, ad 17. - Sporer., part. 4, cap. 2, n. 505. - Tr. 9, cap. 15, n. 90. - Diss. 4, cap. 9, n. 19. - Sporer., loc. cit., n. 505. - Lib. 9, disp. 44, n. 4. - Vasq., in 1<sup>am</sup> 2<sup>ae</sup>, disp. 113, n. 4. - De Effect. Matr., cap. 7, n. 201. - Coninck, disp. 34, n. 115.

Delectatio morosa in conjugate de copula non praesenti, juxta alios, lethalis.

Juxta alios, non lethalis, sed venialis.

Juxta alios, lethalis si cum titillatione partium.

dano, Cajetano, Vasquez, Armilla, Medina, Viguero<sup>e)</sup>, Tabiena et communi (ut asserit, utque fatetur etiam Pontius); item Coninck, Aversa, Gabriel<sup>f)</sup> et Diana, apud Salmant.<sup>1)</sup> (qui etiam probabilem putant).

Haec sententia dicit talem delectationem non esse mortalem, si absit periculum pollutionis, sed tantum venialem<sup>g)</sup>. Est venialis; quia ipsa caret debito fine, cum non possit ordinari ad copulam praesentem. Non autem est mortalis; quia delectatio sumit suam bonitatem vel malitiam ab objecto: et cum copula sit licita conjugatis, non potest esse eis graviter illicita illius delectatio. Et huic expresse favet id quod ait D. Thomas<sup>2)</sup>, ubi: *Sicut carnalis commixtio non est peccatum mortale conjugato...; non... potest esse gravius peccatum consensus in delectationem quam consensus in actum.* — Idque admittit Sporer, etiamsi habeatur delectatio venerea orta ex commotione spirituum.

*Tertia* demum sententia quam tenent Salmant.<sup>3)</sup> distinguit. Et dicit quod si delectatio sit absque commotione spirituum,

disp. 34, dub. 11, n. 113. - Aversa, qu. 21, sect. 8, v. Admitti tamen. - Diana, part. 3, tr. 4, resol. 200 et 224. - Tr. 9, cap. 15, n. 89. - De Malo, qu. 15, art. 2, ad 17. - Sporer., part. 4, cap. 2, n. 505. - Tr. 9, cap. 15, n. 90. - Diss. 4, cap. 9, n. 19. - Sporer., loc. cit., n. 505. - Lib. 9, disp. 44, n. 4. - Vasq., in 1<sup>am</sup> 2<sup>ae</sup>, disp. 113, n. 4. - De Effect. Matr., cap. 7, n. 201. - Coninck, disp. 34, n. 115.

§ 6, i. f., negat esse mortale; attamen part. 3, tit. 1, cap. 20, § 6, mortale esse ait, si « conjux voluptatem praevenit et provocat diversis modis, ut manibus vel cogitationibus, vel utendo calidis et incentivis, ut possit pluries coire. Hoc tamen non simpliciter intelligendum est, sed quando in talibus preparatoriis propter se delectatur... Idem videtur, si diu insistat in hujusmodi, non intendendo venire ad actum conjugalem, sed finem in his ponere ».

<sup>e)</sup> Viguero, cap. 3, § 5, ver. 5, v. f., de viduis et conjugatis in absentia alterius conjugis simul loquitur; at, quidquid dicat Sanchez, videtur tertiam amplecti sententiam: « Possunt in eis [copulis praeteritis] delectari speculative et formaliter consideratis. Practice autem, hoc est cum inclinatione ad novas similes, si ratio advertat et voluntas plene libera sit, efficiuntur mortales propter periculum voluntariae pollutionis aut incontinentiae, ad quam inducunt, maxime cum insurgunt motus partis sensitivae ».

non erit mortalis; secus, si cum commotione et titillatione partium.

Ego meum judicium proferam. — Si delectatio habeatur non solum cum commotione spirituum, sed etiam cum titillatione seu voluptate venerea, sentio cum Concina<sup>4)</sup> (contra Sporer, ut supra), eam non posse excusari a mortali; quia talis delectatio est proxime conjuncta cum periculo pollutionis. — Secus vero puto dicendum, si absit illa voluptuosa titillatio; quia tunc non est delectationi proxime annexum periculum pollutionis, etiamsi adsit commotio spirituum. Et sic revera sentit Sanchez<sup>5)</sup> cum Vasquez; cum ibi non excuset delectationem cum voluptate venerea, sed tantum (ut ait) cum commotione et alteratione partium absque pollutionis periculo. At, quia talis commotio propinqua est illi titillationi voluptuosae, ideo maxime hortandi sunt conjuges ut absterneant ab hujusmodi delectatione morosa. — Item advertendum eam esse omnino illicitam in conjugate qui esset obstrictus voto castitatis; ut dicunt communiter Sanchez<sup>h)</sup>; et Bossius<sup>6)</sup> cum Vasquez<sup>i)</sup>, Filliuccio<sup>j)</sup>, Coninck et aliis.

Juxta S. Doctorem, lethalis, si cum titillatione.

Secus, si cum commotione spirituum.

At conjuges hortandi ut absterneant.

utique de turpi hoc actu; sed simpliciter, et non tamquam comitante ipsam copulam.

936. - <sup>a)</sup> Palaus, tr. 28, disp. 3, punct. 4, § 2, n. 5, tenet potius cum ipso S. Alphonso; licet enim primam hanc sententiam censeat probabilem; de altera, quae dicit esse mortale, scribit: « Tenenda et consulenda » est. — Bossius etiam, cap. 7, n. 205 et 207, quamvis hanc primam probabiliorem existimet, oppositam tamen valde probabilem appellat et in praxi suadendam.

<sup>b)</sup> Salmant., tr. 9, cap. 15, n. 87, ex typographico mendo, quod in edit. Veneta irrepit, videntur citare D. Thomam; sed revera citant Joannem Praepositum, in 3<sup>am</sup> P. Divi Thomae, uti clare liquet ex editione Matritensi 1753. Et revera Praepositus, in 3<sup>am</sup> Part., qu. 6, dub. 26, n. 188, opinionem hanc tuetur.

937. - <sup>a)</sup> Vega, Summ. nueva, part. 1, cap. 81, cas. 2; et Rodriguez, Sum., part. 1, cap. 210, n. 3, dicunt illam delectationem morosam esse illicitam; et videntur sentire eam esse lethaliter illicitam; sed a Salmant. citantur simpliciter, uti refert S. Alphonso.

<sup>b)</sup> Escobar, lib. 26, n. 204, loquitur de casu quo copula ob circumstantiam extrinsecam interdicitur; et ait delectationem de qua hic agitur, licitam esse. Sed, n. 207, loquens in generali de delectatione venerea conjugati, negat esse mortalem, secluso pollutionis periculo.

<sup>c)</sup> Gersonius, tr. de Pollut. diurna, not. 7, negat delectationem hanc esse peccatum, scilicet mortale.

<sup>d)</sup> S. Antoninus non videtur sibi satis consentire; licet enim, part. 2, tit. 5, cap. 1,